His consideratis que nos sumus. haut que in nobis sunt. ad ea consideranda transeamꝰ que circa nos sunt. Et hec triparie distinguunꝰ Nam quedam iuxta vel prope nos. quedam cōtra nos. quedam pro nobis seu ꝓpter nos sunt. ¶ Primo ergo q̄tum ad ea que iuxta vel prope nos sunt. id est ꝓximos nr̄os ꝯsiderāda sunt eoꝝ oīa. hoc est tā ꝑfectoꝝ q̄ ꝑuersoꝝ bona z mala. vt inde elucescat q̄d imitari z quid vitari expediat. vt ex bonis discas vnde deo gratias agere. ex malis vero quid corrigere debeas. Ad hanc ꝯsiderationē ꝑtinet bona ꝓximoꝝ meditari ad imitationis emulationem z ad dei laudem z graꝝ actionē. mala ṽo ad nr̄am eruditionē z eoꝝ emēdationē ac cōpassionē. Nam cum ex caritate proximos nr̄os etiā inimicos sicut nosipsos diligere. id ē eoꝝ ꝑfectionē z salutē z eis grām z gl'iam optare debeamꝰ. ꝯñs est vt eoꝝ bonis cōgaudere z eoꝝ malis cōdolere. sicut ꝓprijs teneamur. Ideo dicit apl'us Caritas nō querit q̄ sua sunt. quia sua reputat aliena z q̄ alioꝝ sunt q̄rit tanq̄ ꝓpria Igitur qui hanc habet oīes ꝓpter deū amat. Sic tñ in homine amat naturā vt culpam odiat. nullū tñ ꝓpter culpā sp̄nit. nullū ꝯtemnit. nullū iudicat. nullū se indigniorē q̄tū ad gratuitā dei electionē aut finalē dilectionē reputat. ¶ Sed qꝛ nemo scit an amore vl' odio dignus sit. ipse sua vl' alioꝝ peccata tanq̄ ꝓpria deflēs. sibi z oībꝫ ꝯgruentia bona desiderat. In h̄ aūt desiderio ita debitū sapiētie ordinē seruat vt bona maiora minoribꝫ p̄ferat. sicut corpa rebꝫ. animas corpibꝫ. sp̄ūalia tp̄alibꝫ. et̃na caduc3

¶ De ꝯsideratiōe eoꝝ q̄ ꝯtra nos sunt.

Capitulum Octauum.

Deinde circa ea que contra nos sunt. id est nobis aduersa considerandum est ea in triplici differentia consistere. Nam quedam sunt patienter toleranda. quedam potenter impugnanda. quedam prudenter formidanda. Ad primam differentiam ptinent aduersa tribulationis que iterum triplex est. scz. diuine correctionis. humane psecutionis. et diabolice impugnationis. Et pro his non solum patienter sed etiam gaudenter tolerandis nos consolatur scriptura dicens. Per multas tribulationes oportet intrare in regnum celorum. O magna tribulationis vtilitas. Cumque eius alias multiplex vtilitas assignetur. hec vna sufficit quod per eam celestis regni introitus aperitur. et nobis adhuc in terris iacentibus nostra mens diuine visionis celestiumque contemplatione sublevatur. Hinc Jacob ab Esau persecutus vidit dominum facie ad faciem. Hinc Stephanus in tribulatione positus vidit gloriam dei. Hinc Johannes in exilium relegatus reuelationes diuinas habuit de quibus Apocalipsim scripsit. Ad secundam differentiam ptinent triplicis hostis. mundi. carnis. et demonis prelia. quibus contra nos indesinenter insultantibus potenter repugnare debemus. vt nec mundi turbatio. nec carnis inquinatio. nec demonis tentatio in nos preualeant. nec eorum vicijs succumbamus. Alioquin ad contemplationis scalam non resurgimus erecti. sed eiecti ab ea cadimus. Ad terciam differentiam ptinent precipue tria. que prudenter formidare ac formidando cauere tenemur. videlicet peccati deformitas. inferni penalitas. purgatorij acerbitas. In deformitate peccati consideremus dei offensam inestimabilem propter infinitatem sue excellentie. In penalitate inferni dei feruorem seu vindictam implacabilem propter rigorem sue iusticie. In acerbitate purgatorij dei iram mitigabilem propter dulcorem sue clementie. Hec considerans propheta orabat dicens. Domine ne in furore tuo etc. Et ad hoc non suorum meritorum iusticiam sed sue infirmitatis miseriam et diuine bonitatis misericordiam allegauit. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Et iterum Miserere mei deus secundum mag. mi. tu. Ubi sane magnam deplorat miseriam qui magnam implorat misericordiam. Heu quam formidandi. heu quam cauendi sunt furor iste et hec ira dei. Igitur ne in furore arguamur. et ne in ira corripiamur. implorata magna dei misericordia nosipsos arguamus et corripiamus. Arguamus nos de multiplici negligentia. de multiplici concupiscentia. de multiplici nequicia. De negligentia in penitentia peccatorum. in resistentia tentationum in profectu ac perseuerantia bonorum operum Arguamus nos de multiplici concupiscentia voluptatis. vanitatis et curiositatis. De concupiscentia voluptatis in vestimentis deliciosis. in cibarijs saporosis. in oblectamentis luxuriosis. De concupiscentia vanitatis. fauoris. laudis et honoris. De concupiscentia curiositatis. ad sciendum occulta vel minus vtilia. ad videndum pulchra et nimis allectiua. ad habendum cara et valde sumptuosa. Arguamus nos de multiplici nequicia iracundie. inuidie et accidie. De his ergo alijsque peccatis arguamus nos et corripiamus per cordis contritionem oris confessionem. et operis satisfactionem quia sine his tribus gradibus scalam contemplationis ascendere non valemus.

De consideratione eorum que pro nobis seu propter nos sunt.

Capitulum nonum

Postquam diximus de his que contra nos etiam de his que pro nobis seu propter nos sunt dicendum est Nam sapientia considerat pro et contra. hoc est prospera et aduersa. bona et mala. Ipsa a fine vsque ad finem attingens omnium habet nociciam. celestium. terrestrium et infernorum. Celestium vt appetantur. terrestrium vt contemnantur. infernorum vt timeantur. Omnium quoque tam bonorum quam malorum saporem habet. Unde sapientia quasi sapida scientia dicta est. quia sibi omnia sapiunt vt debent. scz mala culpe vt amara. mala pene vt insipida. bona temporalia vt vilia. bona spiritualia vt cara bona gratie vt saporosa. bona glorie vt fructuosa. Ideo bene dictum est Inuenisti sapientiam si tibi singula sapiunt prout sunt. Per hanc igitur sapere debemus ea que pro nobis seu propter nos sunt. hoc est dei auxilia et beneficia. Et horum quedam sunt generalia. quedam specialia. quedam singularia. Et iterum generalia diuiduntur in beneficia creationis.

reparationis et glorificationis. Primo namque humana natura creatur ut sit. Secundo reparatur seu iustificatur ut bona sit. Tertio glorificatur ut beata sit. Per creationem ad bonum inicia͞t. per iustificationem in bono dilatatur. per glorificationem in bono consumma͞t. In nullis autem aliis dei operibus apparet vel eius potentia sublimior. vel sapientia mirabilior. vel misericordia iocundior. Insuper beneficia dei specialia tria sunt. Primum est expectationis. quo deus peccatores patienter expectat ad penitentiam. Secundum conversionis. quo diu expectatos convertens iustificat per gratiam. Tercium conservationis. quo conversos a casu preservat et in bono statu conservat per perseverantiam. Amplius quedam sunt dei beneficia singularia que unicuique singulariter exhibentur. vel in bonis corporalibus. temporalibus. aut spiritualibus vel in bonis nature. fortune. aut gratie. que quisque diligenter considerans non dicam renumerare sed vix enumerare sufficiet. Hinc ait propheta Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. Itaque in his omnibus dei beneficiis benefactorem nostrum meditari atque mirari ipsumque pro qualicumque eorum retributione benedicere ac laudare tenemur. Et non minus pro generalibus quam pro singularibus beneficiis quas possumus gratiarum actiones referre. Quia non minus pro me fecit quam mihi cum aliis benefecit. imo eo magis. quo bonum quanto communius tanto divinius ut ait philosophus

¶ De contemplatione eorum que supra nos sunt. Capitulum decimum.

Post hec ad ea tandem contemplanda que supra nos sunt corda levemus. Ut enim ad eorum contemplationem sapientia conscendere possit. alia omnia undique circumspicit. intus scilicet et extra. ante et retro. a dextris et a sinistris. sursum et deorsum. Intus considerat cogitationes et affectiones. extra locutiones et operationes. retro peccata preterita. ante presentia et futura. A dextris prospera. a sinistris adversa. vel a dextris exempla bonorum. a sinistris exempla malorum. vel merita et demerita. Sursum bonorum premia. deorsum malorum supplicia. vel superius celeste regnum. inferius terrenum exilium. Sed quorsum hec omnia? Sane ut per eorum considerationem finaliter sapientie contemplatio ad ea que supra nos sunt perveniat. Supra nos autem dico non celum. non solem vel lunam. aut stellas. quia et si supra nos sint loci positione. sunt tamen infra nos pretio seu nature dignitate ac perfectione. cum et ea et omnia corporalia que sub eis sunt. propter nos facta nobis subsint. Sed supra nos sunt deus angelus. et spiritus beatus. deus per naturam angelus per naturam et gratiam. spiritus beatus per gratiam et gloriam. Ideo de his triptita nobis erit contemplationis consideratio. Prima de beatis animabus. Secunda de angelicis spiritibus. Tercia de divinis perfectionibus. ut sic de minoribus ad maiora et altiora procedamus. et mirabilem dei potentiam sapientiam et clementiam in sanctis suis contemplemur psallentes cum propheta. Mirabilis deus in sanctis suis. ¶ Licet autem statum beatitudinis et modum glorificationis hominum vel angelorum sanctorum propter mirabilem eius altitudinem. nec hominis sensus capere. nec ratio possit comprehendere. propter quod humana aviditas quod per experimentum vel rationem non probat quandoque pro modico vel pene pro nihilo reputat. mens tamen christiana de future beatitudinis certitudine fidei attestatione stabilita. illius magnitudinem per contemplationem meditando atque mirando tandem post plenam mundationem conscientie. post multa exercitia iusticie. sepe incipit sperare et quodammodo sperando et amando pregustare. quod prius vix poterat credere. et hoc est ad quod debemus indesinenter tendere donec future illius plenitudinis. plene felicitatis et felicis suavitatis quantulascumque primitias accipere valeamus

¶ De contemplatione in sanctis animabus. Capitulum undecimum.

Consideremus ergo in beatis animabus mirabilem earum gloriam. et inde in angelicis spiritibus mirabiliorem excellentiam. et ex his denique in divinis perfectionibus mirabilissimam supereminentiam contemplemur. Igitur illa animarum beatifica gloria principaliter consistit in sancte et individue trinitatis comprehensione que tria complectitur. videlicet clarissimam visionem. suavissimam fruitionem. et sacratissimam delectationem. ex visione fruitio sive dilectio. et ex his delectatio inseparabiliter consequitur. Ideoque in his tribus beatitudo essentialiter consistere dicitur. licet eam plura alia

accidentaliter comitentur. Unde Johānes in Apocalipsi ipsaȝ beatitudinis gloriā vidisse intelligit sub figura corone duodecim stellarū In quibꝰ duodecim conditiones corone beatifice designant videlicet tres supradicte dotes anie. visio. fruitio ꝛ delectatio. et quatuor dotes corporꝫ glorificandi. que sunt pulcritudinis claritas. subtilitas. agilitas. ꝛ impassibilitas ac quinqꝫ sensuum pfecta satietas. ¶ Insup etiam p duodecim fructus ligni vite quos ibidē Johānes cōmemorasse legit. duodecim puilegia beatorū post generalem resurrectionē corporū figurant. videlicet sanitas sine infirmitate. iuuentꝰ sine senectute. impassibilitas sine morte. pulcritudo sine deformitate. libertas sine seruitute vel coactione. pax sine turbatione. securitas sine timore. satietas sine fastidio vel esurie. abūdātia sine indigētia vl' paupertate. cognitio sine ignorantia vel errore. gloria sine ignominia vel d decore. gaudium sine tristicia vel dolore. ¶ Licȝ autem verū et essentiale beatorū gaudiū pncipaliter sit de creatore et in ipsa beatissima trinitate. tamē erit accidētaliter d creatura. ꝛ in eius multiplici cōsideratione. Gaudebunt quippe de christi humanitate quā cum deitate vnitā videbunt. Gaudebunt de celesti habitatione et loci amenitate. pulcritudine ꝛ magnitudīe quam possidebunt. Gaudebūt de iocunda sanctorū tam hominū qꝫ angelorū societate. societatis multitudine. multitudinis vnitate ꝛ caritate cū qua regnabunt. Gaudebunt de corporū glorificatione quaȝ post resurrectionē habebūt. Gaudebūt d mūdi periculis que supauerunt. Gaudebūt deniqꝫ de inferni supplicijs ꝛ penis a quibus euaserunt. ꝛ in qbus dei offensam iusta vltione puniri letabūtur. quia sicut p pphetam dicitur. letabit iustus cum viderit vindictā. Est pterea aliđ speciale gaudium seu pmium accidentale quod respectu essentialis pmij dicit aureola id ē parua corona que dat aliquibꝰ sanctis ratōe alicuius meriti excellētis Et hec tribꝰ statibꝰ hominū assignat. doctoribus scȝ virginibꝰ ꝛ martiribus. Hec itaqꝫ pauca de pmijs glorie diximus. que omino maiora sunt qꝫ cogitare aut dicere valeamus. quia vt apostolꝰ ait. nec oculus vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascēdit que ppárauit deus diligentibus se.

¶ De contēplatione in angelicꝫ spiritibꝰ. Caplm duodecimū.

Sed iam ad angelicos spiritus nostra consideratio dirigat. Et vt d malis angelis taceamus quos superbia a celestibus sedibus eiecit. de illis loquamur quos fide tenemꝰ in celis gloriosos esse atqꝫ beatos. imortalitate ppetuos. intellectu pspicuos. affectu beniuolos. mūdicia puros. sanctimonia ītegros religione pios. pietate serenos. serenitate ac pace securos. Et sicut a deo cditos sic diuinis laudibꝰ ꝛ obsequijs deditos. Sicut ab initio stabiles. sic in pfectionis stabilitate pseuerantes. Sicut in psonis distinctos. sic in distinctis ordinibus gradibus ꝛ officijs dispositos. Sunt enim angeli qui in ministeriū missi. singuli singulis hominibꝰ dati credunt. Sunt archāgeli qui minoribꝰ angelis presunt. ꝛ diuinorū misteriorū conscij. non nisi ob precipuas ꝛ maximas causas mittunt. Sunt virtutes quoꝝ nutu vel opere signa ꝛ pdigia fiunt. Sunt potestates supiores istis quarū virtute potestas tenebrarum cprimitur ne quantū vult noceat. Sunt pncipatus. quorū moderamīe omnis in terris principatus cstituit. regitur. limitat. transfertur atqꝫ mutat. Sūt dominationes sic pfatis supeminētes ordinibus vt horum respectu ceteri videant omes ad ministratorij spiritus. ꝛ ad istos tanqꝫ dominos referri regimina pncipatuū. tutamina potestatū. operatiōes virtutū. reuelationes archāgelorū. curam ꝛ prouidentiam angelorū. Sunt throni. qui ex eo qꝫ alte sedent throni dicunt. Et ideo sedent. quia in eis sedet deus altissimus. quā sessionem summā tranqllitateȝ et tranquillam serenitatē ac pacē intelligimꝰ. Sunt cherubin qui ex ore altissimi sapientiam haurientes in vniuersis ciuibꝰ celestibus fontalis sapientie fluenta refundūt. Sūt deniqꝫ seraphin. qui diuini amoris igne succensi. singulos illos ciues lucernas ardentes caritate ꝛ claritate lucentes efficiunt In his autē contēplari deum possumus. Nam cum pmissa omnia operētur angelici spiritus. ea tamen in eis et p eos operatur perfectius ille vnus atqȝ idem

spũs qui singulis diuidit put vult. Nam illam faciunt angeli non bono quod sunt sed bono quo dei participes fiũt. de⁹ aũt bono quod ipse est essentialiter illa efficit supeminenter. Nã sup angelos assistit et custodit vt supma pietas super archangelos reuelat ꝛ erudit vt intima claritas super ꝟtutes opatur vt summa virtus. sup potestates tuetur vt vera salus. sup pncipatus regit vt principiũ efficiens. sup dominationes pest vt maiestas oĩpotẽs. super thronos sedet vt serenissima equitas. sup cherubin nouit vt sapientissima veritas. sup seraphin amat ꝛ ardet vt suauissima caritas. O ꝙ bonũ est iocundũ ibi cũ celi ciuibus habitare ꝛ p mentis ꝯtemplationẽ vtcũqꝫ hic possumus illas circuire lucidissimas mansiones. ꝛ cum ꝓpheta exclamare. domine dilexi decorẽ dom⁹ tue ꝛ locum habitationis glorie tue.

¶ De contemplatione in diuinis pfectionibus. Capitulũ tredecimũ

VErũ multo melius atqꝫ iocundius est hos angelicos aliosqꝫ beatos spũs ptransire. ꝛ ad dei diuinarũqꝫ pfectionũ cõtemplationẽ puenire. et dicere cum sponsa in canticis. Paululũ cum ptransissem eos inueni quem diligit anima mea. In hac itaqꝫ ꝯsideratione illud sciendũ est. ꝙ diuinarũ pfectionũ quedam sunt non contra sed supra rõnẽ Quedam ꝟo nõ preter sed ꝑm rõnem. Supra ratiõnẽ sunt que ad diuinã trinitatẽ pertinent vt triũ ypostasum id est triũ suppositorũ vel psonarũ in vna deitate realis distinctio. illarũ triũ rerum essentialis circũincessio. earundẽ suppositalis emanatio. patris pncipians productio. filij eterna generatio. spũssancti ab vtroqꝫ spiratõ ꝛ alia hmõi. quoꝝ ꝯprehensio magis haberi sperãda est p beatitudinẽ patrie ꝙ p ꝯtemplationẽ vie. Sed alia sunt ꝑm ratõnem que ad diuinaꝫ ptinent vnitatẽ. vt ꝙ vna sit dĩ essentia simplicissima immensa infinita immobilis omnipotẽs liberrima ꝛ generaliter pfectissima. que licet humane modũ intelligẽtie excedant. tamẽ ratõi consonant. In his ꝟo fides rationẽ ꝯfortat ꝛ ad eorum ꝯtẽplationẽ adiuuat Quidam aũt oẽm hmõi pfectionũ ꝯsideratio nem in quadruplicẽ speciẽ colligũt. Prima est admiratio maiestatis ꝛ hec maxia ꝛ que requirit cor purgatũ vt a vicijs liberꝝ. facile se ad supna leuet. Secũda huic necessaria intuitio iudicioꝝ dei. que pauido aspectu dũm vehemẽtius cõcutit intuentem fugat vitia. fundat virtutes. iniciat ad sapientiã. humilitatẽ seruat. Tercia est memoria bñficioꝝ que ne dimittat ingratũ sollicitat memorantẽ ad amorẽ benefactoris. Quarta expectatio pmissorũ ꝛ meditatio eternitatis. qꝛ enim q̃ promittunt eterna sunt. hec lõganimitatẽ alit ꝛ pseuerãtie dat vigorẽ. ¶ Ad hec ꝟo cõuenienter adaptat illud apl̃i. vt possitis cõprehẽdere cum omnib⁹ sanctis que sit lõgitudo. latitudo. sublimitas et profundũ. Longitudinem apphendit meditatio pmissorũ. Latitudinẽ recordatio beneficiorũ. Sublimitatẽ contemplatio maiestatis. Profundũ inspectio iudiciorũ. Hec in deo vna res sunt. q̃ lõgitudo dicitur ppter eternitatem. latitudo ꝓpter caritatẽ. sublimitas propter maiestatẽ. pfunditas ꝓpter sapientiam Hec autẽ disputatio nõ cõphendit sed affectio sancta et ipsa gemina est. s. timor domini sanctus ꝛ sanct⁹ amor. Et timor qdem sublimi ꝛ profundo. amor lato longoqꝫ respõdet. Quid tã timendũ ꝙ potestas cui nõ potes resistere ꝙ sapiẽtia cui abscõdi nõ potes. Quid tã amabile ꝙ amor ipse quo amaris. Amabiliorẽ tamẽ iũcta eternitas facit Stupẽda itaqꝫ sublimitas maiestatis pauẽda abissus iudiciorũ feruorem exigit caritas. eternitas pseuerantiã sustinendi. Ad hos autem contemplatiõis modos reducere possumus quicquid de diuinis pfectiõibus meditamur aut loquimur vt ꝙ deus est vnitas indiuisa. trinitas incõfusa. fecũditas immẽsa. felicitas infinita. maiestas impscrutabilis. potestas impturbabilis. firmitas immobilis. eternitas interminabilis. veritas om̃isciens. volũtas om̃ipotens. bonitas om̃ia cõmunicans. caritas omnia amans. incõmutabilis ratio. ratõnabilis dispositio. disposita predestinatõ predestinata beatitudo. beatorũ gloria. puersorũ pena. glorificandorũ electio gratissima. puniendoꝝ reprobatio iustissima summa iusticie equitas summa misericordie pietas. summa beniuolentie largitas. summa beneficentie benignitas. Cui⁹ beniuolentie ac beneficentie largissimaꝛ be

nignissima virtus creat mentes ad se participandū. viuificat ad sapiendum. afficit ad appetendū. dilatat ad capiendū. iustificat ad pmerendū. beatificat ad ꝯprehendendū. illuminat ad ꝯgnitionē. visitat ad consolationē. roborat ad virtutē ppetuat ad immortalitatē. implet ad felicitatē. circūdat ad securitatē. Hinc recte dictū est. In ipso viuim⁹ mouemur ⁊ sumus. Uiuimus vita nature ⁊ intelligētie rationalis. Mouemur vita grātie ⁊ meritorie actōnis. et sumus vita glorie ac stabilite confirmationis. Nec solū nos in ipso sic specialiter sumus sed etiā in eo generalr̄ sunt omnia. dicēte aplo. Ex quo omnia p quē oīa in quo omnia. Ex quo oīa non quasi ex semine vel materia preiacente sed vt ex ydea vel exemplo p̄cedente. Per quē oīa non tanq̄ alio artifice indigentez. sed p se tanq̄ primū ⁊ vnicū omniū principiū producere sufficientē. In quo oīa non quasi in loco ꝯtinente sed vt in virtute ꝯseruāte Cunq̄ oīa sint in eo ipse quoq̄ est oīa in omnib⁹ non realiter sed virtualiter nec in rebus localiter sed in eis vbiq̄ est essentialiter. Ipse deniq̄ infra om̄ia ⁊ supra oīa Infra om̄ia nō inclusus. supra oīa nō exclusus. Sed cū dicat euangelista. in mūdo erat ⁊ mūdus p ipsum factus est. anteq̄ mundus fieret vbi erat Sane in seipso ⁊ semp est ⁊ eternaliter erat. Sic ergo de deo ⁊ diuinis pfectionibus vt possumus cogitātes eum ꝯtemplādo querim⁹. Sz quantūcunq̄ in altum nostra cogitatio pficiat vltra est nec infra id quod humana mēs cogitare potest. sed semp vltra supraq̄ ipse altissimus q̄rēdus est quē pia oratione ⁊ deuotiōe. quem nostra inuestigatione aut disputatione ⁊ querimus dignius ⁊ inuenimus facilius.

¶ De tribus gradibus ꝯsiderationis.

¶ Capitulum. xiiij.

Postq̄ autem diximus de reb⁹ cōtemplandis. restat vt dicamus d̄ varijs modis et specieb⁹ ꝯtemplationis. Et quia consideratio est genus ad contemplationē stricte et ꝓprie dictam. de tribus cōsiderationis gradibus vel speciebus prius agendū est. Quarū specieruz gradus quidā ita distinguunt. dicētes illum magnū esse qui vsum sensuū velut q̄sdam ciuiū opes expendere satagit. disponendo in suam ⁊ multorū salutem. Illuz ꝟo non maiorē qui hunc sibi gradū ad illa inuisibilia philosophando cōstituit nisi q̄ hoc dulcius illud vtilius. hoc felici⁹ illud fortius esse ꝯstat. Illum autem maximū qui spreto ipso vsu rerū ⁊ sensuū q̄ntum q̄dem humane fragilitati fas est non ascensorijs gradib⁹ sed inopinatis excessibus auolare interdū contemplādo ad illa sublimia ꝯsueuit. Ad hoc vltimū pertinent excessus pauli. excessus nō ascensus nam potius raptuz fuisse q̄ ascēdisse ipse se perhibet. Has itaq̄ ꝯsiderationis species ꝓprijs distinguūt nominibus. Primā vocant dispensatiuā. secundā estimatiuā terciā speculatiuā. Dispensatiua est consideratio sensibus sensibilib⁹q̄ rebus ordinate ⁊ socialiter vtens ad promerendum deum. Estimatiua est cōsideratio prudēter ac diligenter queq̄ scrutans ⁊ ponderans ad inuestigandū deum. Speculatiua est consideratio se in se colligens et q̄ntum diuinitus adiuuatur rebus hūanis eximens ad ꝯtemplādū deum. Quod prima optat scd̄a odorat t̄cia gustat. ad quē tamē gustum pducunt ⁊ cetere licet tardius. Sed prima laboriosius. secunda q̄cius ꝑuenitur. ¶ Uerū quia ea que supra nos sunt ad quorū ꝯtemplationē ascēdere querimus nō tam verbo docent̄ q̄ spiritu reuelantur. dicente apostolo. vob̄ reuelauit deus per spiritū suum. ideo quod sermo non explicat. consideratio querat. oratio expectet. mereatur vita. puritas assequatur.

¶ De differentia cogitationis meditationis et contemplatiōis.

¶ Capitulum. xv.

Adhuc autē quidam hanc materiam tractantes subtilius inter cogitationē meditationem ⁊ contēplationē distinguunt. Nam eandē rē aliter p cogitationē intuemur. aliter p meditationē rimamur. aliter p contemplatōez miramur. In cogitatione est euagatio. in meditatione inuestigatio. in ꝯtemplatiōe admiratio ¶ Nam cogitatio est improuidus animi aspect⁹ huc illucq̄ ad euagationē pron⁹. Meditatio aūt est prouidus animi intuitus in veritatis inquisitiōe vehementer occupatus. ¶ Contemplatio ꝟo perspicax et liber animi contuitus in

sapientie spectacula cum admiratione vsqquaqz diffusus. ¶ Speculatio itaqz et contemplatio licet pro inuicem poni soleant. tamen quodãmodo discernunt quia speculationẽ dicimus quando per speculum cernimus. Contemplationẽ quãdo sine inuolucro vmbrarũqz velamine veritatem in sua puritate videm⁹. Et sic cõtemplatio valde stricte accipitur. ¶ Contemplationis ꝑo formam in celi volatilibus cõsiderare possumus. Nam videm⁹ alia et alia nunc ad inferiora nunc ad superiora. nunc dextrorsum. nunc sinistrorsum. nunc in anteriora. nũc in posteriora nunc in girum moueri. nunc celeriter ꝛ q̃si subito flecti. nunc in vno eodemqz loco diutius suspendi. ꝛ mobili agitatione se q̃si immobiliter figere. Acsi operis executione videantur dicere. bonum est nos hic esse. Iuxta huius similitudinis exemplar nostre contemplationis volatus etiam multipliciter variatur vt ex dictis ꝛ dicendis patebit. sic etiam sepe cogitatio in meditationem. ꝛ meditatio in contemplationem transit. dum veritatem diu volitando quesitam mens solet per meditationẽ inuentam cum auiditate suscipere. ꝛ tandem per ꝯtemplationem mirari cũ exultatione. eiusqz admirationi diutius inhere. De contẽplatione que sursum ꝛ deorsum volitat dicit̃. Ascendunt vsqz ad celos ꝛ descendunt vsqz ad abyssos. De illa que quodammodo ante ꝛ retro fieri solet scriptum est in Ezechiele. ibant animalia ꝛ reuertebantur. De illa que fit quasi ĩ girũ dicit propheta. Leua in circuitu oculos tuos ꝛ vide.

¶ De sex generibus ꝯtemplationis.
Capitulum. xvj.

Illi vero qui ꝯtemplationis varietates ita discernunt eam insup ĩ sex genera ꝯuenienter distribuũt. Primum est in ymaginatione ꝛ ſm solam ymaginationẽ. ¶ Secundũ in ymaginatione ſm rationem. ¶ Tercium ĩ ratione ſm ymaginationẽ. Quartũ in ratione ꝛ ſm rationem. ¶ Quintum supra rationem ſ3 non preter rationem. ¶ Sextum supra rõnem est. sed videtur esse ꝑter rationem. ¶ Duo itaqz sunt in ymaginatione. Duo in ratione. Duo in intelligentia. ¶ Primum genus est cum attendim⁹ corporalia ista que sensu corporeo haurimus q̃z sint multa q̃z magna q̃z diuersa q̃z pulcra vel iocunda. ꝛ in his omnib⁹ creaturis creatoris potẽtiã. sapientiã. magnificentiam mirando veneramur. ꝛ in operibus suis eum mirabilem laudabilem et amabilem recognoscimus. ¶ Hoc autez genus esse debet incipientiũ. ꝛ tamẽ in eo ꝓpheta se exercuisse ostendit dicens. Delectatus sum in omnibus opibus tuis. Et iterum. Delectasti me dñe in factura tua. Et rursus. q̃z magnificata sunt opera tua domine omnia in sapientia fecisti. ¶ Secundum genus. est quando ad ea que ad primũ genus ꝑtinere iam diximus rationem querimus ꝛ inuenimus. imo inuentam in consideratione cum admiratione adducimus. In illo res ipsas. Jn istarũ rerum causas rationẽ. ordinem. dispositionem. modum ꝛ vtilitatem speculamur. atqz miramur. ꝛ huic pene tota mundana philosophia subministrat. ¶ Terciuz genus est quando ꝑ rerũ visibiliũ similitudinem in rerũ inuisibiliũ speculatiõe sublevamur. ꝛ ad hoc pertinent varie similitudines quibus scriptura diuina vtitur. cum de rebus spũalibus loquimur vt est illud. spũs meus super mel dulc3 ꝛ huiusmodi. ¶ Quartũ genus est quãdo semoto omnis ymaginationis officio multo illis solis animus intendit q̃ imaginatio ñ nouit sed que mens ex ratiocinatiõe colligit vel per rationẽ cõprehendit. vt quãdo inuisibilia nostra que ꝑ experientiã nouimus in considerationem adducimus ꝛ ex eorũ ꝯsideratione in celestium ꝛ supnorũ intellectuum ꝯtẽplationẽ assurgimus. et ad hoc valet ꝛ multũ homini prodest cognitio suĩ ꝑsius maxime quo ad animaz suam intellectiuam in qua est multiplex thesaurus absconditus vt supra tetigim⁹.
¶ Quintum genus est quando ea ex diuina reuelatiõe cognoscimus que nulla humana rõne plene inuestigare vel comprehendere sufficimus. Talia sunt illa que ð simplici essentia dei credimus ꝛ diuinaꝝ autoritate scripturarũ ꝓbam⁹ que in his supra rationem nec tamen preter rationẽ censenda est. ad que plene cõprehendẽda ratio non attingit. nec tamen eis penitus contradicit. sed potius facile acquiescit ꝛ sua attestatione alludit. ¶ Sextum gen⁹

est quando animus illa ex diuini luminis irradiatione cognoscit atq; considerat q̄/bus omnis humana ratio declamat. Talia sunt pene omnia que de personarū trinitate credere iubemur. ¶ Prime igit cō/templatiōis proprium est simpliciter ⁊ si/ne vlla ratiocinatione visibilium admirationi inherere. ¶ Secunde visibiliū spe/culationi ratiocinando insistere. ¶ Ter/cie per visibilia ad inuisibilia ratiocinan/do ascendere. ¶ Quarte ex inuisibilibus inuisibilia ratiocinādo colligere. ¶ Quinte in intellectualiū intelligētia rationē admittere. ¶ Sexte in intellectualiū intelligentia omnē humanā ratiocinationē trā/scendere. Ex his itaq; contēplationis ge/neribus duo in ymaginatione consistunt quia solis sensibilibus intendunt Duo in ratiōe. quia solis intelligibilibus insistūt Duo in intelligētia. quia solis intellectu/alibus inseruiūt. Sensibilia autē dicunt sensu corporeo perceptibilia. Intelligibilia vero inuisibilia siue insensibilia. ratione tamen comprehēsibilia. Sed intellectualia illa inuisibilia que sola sunt hūane rō/ni incomphensibilia. Qui autem hec contemplationis genera sic distinguunt ea insuper in varios specierum gradus subtiliter ac vtiliter subdiuidunt. de quibus p/sequi quia longum esset ad eorum scripta remittim⁹ Ex eis tamen aliqua vtilia sub breuitate notare decreuimus.

¶ De triplici celo anime et d' sex correspō/dentibus alis contemplationis.

Capitulum. xvij.

P Remissis generibus contemplationis velut sex alis a terrenis suspē/dimur. ⁊ ad celestia leuamur. sed anteq̄ in celum celorum id est cōtemplationē supercelestium plene volare valea/mus. ⁊ cum apostolo dicere. nostra cōuer/satio in celis est. habemus triplex anie nostre celum prius transeundo penetrare. In corde enim hominis inuenire lic; aliam quandam plenitudinē orbis terrarū. Ibi sua quedam terra et suum celum nec vnum tm̄ sed secundū et tercium. Tenet ymaginatio vicem primi. ratio secūdi. intelligentia tercij. Oportet autem vt sit ti/bi transitus per primum. si cupis euolare ad secundū vel tercium. Et horum q̄dez primum celorū ɔparatione aliorum grossum est atq; corpulentū eo q; sit ymaginarium post se trahens et in se retinens for/mas rerum corporaliu; Reliqua vero duo sunt valde subtilia ⁊ multum ab illi⁹ grossitudine aliena Itaq; duabus prioribus alis ɔtemplationis possumus primu; celum transire. Duabus medijs secundum ascendere. Duabus vltimis tertiū pene/trare. Has tamē sex alas pfecti soli in hac vita vix habere possunt sed in futura. ele/cti eas etiam pfectiores habituri sunt. vt de vtraq; natura veraciter dici possit. q̄ sex ale vni et sex ale alteri. Si q̄s ergo ali/quibus illarum caret citra perfectu; se eē non dubitet. bene tamen cum illo agitur cui vnum ex his tribus ala; paribus da/tur. Quis mihi inquit dabit pēnas sicut columbe. et volabo et requiescam. Licet em̄ terrenū ⁊ nondum celeste animal sis. q̄diu iam duabus alis contentus fueris. habes tamen vnde corpus tuu; velare et vnde volare possis. Corpus velare ē mū/danorū concupiscentiā ex mundane mu/tabilitatis cōsideratione temperare. imo in obliuionē adducere. Volare ē ab amore mundi se elongare. Paru; tamē esse ti/bi debet has duas alas accepisse. sed vt p/bes te celeste animal esse stude ⁊ satage saltem duo paria habere. celestia enim ani/malia erant que vidit Ezechiel. quatuor inquit facies vni ⁊ quatuor pēne vni. Ve/rū tamen si vsq; ad terciū celum penetra/re desideras. nunq̄ id in duobus alaru; paribus posse presumas. Oportet em̄ sex alas habere qui cupit ad celestia archana volare.

¶ De varijs modis et qualitatibus con/templationis.

¶ Capitulū. xviij.

D E predictis sex generibus cōtemplationis q̄bus ale sex preassignate correspondent Hoc quoq; sci/endum est q; in quatuor primis quasi domesticū est ⁊ pene velut singulare sine vl/la animi alienatione in ɔtemplatione; assurgere In duobus autem nouissimis familiare est ⁊ quasi proprium per mentis ex/cessum videre. q̄uis tamen possint omīa

modo vtrocꝫ contingere. ¶ Horum aūt qui in suis cōtemplationibꝫ supra semetipsos ducunt. et vsqꝫ ad mentis excessum rapiuntur Alij hoc expectant et accipiūt ex sola vocāte gratia. Alij vero vt possint sibi comparant. cum gratie tamen coopatione ex magna animi industria. ⁊ illi quidem hoc donum quasi fortuitum habent isti vero iam quodāmodo ex virtute possident. ¶ Tribus ergo modis in gratiam ꝯtemplationis proficimus. Aliquādo ex sola gratia. aliquando ex adiuncta industria. aliquando ex aliena doctrina Nam sepe ex aliena doctrīa etiā iuuat industria propria. Insuper tribus modis videtur contemplationis qualitas variari. Modo enim agitur mentis dilatatōne. modo mentis subleuatione. aliquando mentis alienatōe. Mentis dilatatio est. quando animi acies latius expanditur et vehemētius acuitur. modum tamen humane industrie non supergredit. Mētis subleuatio est quando intelligentie viuacitas diuinitus irradiata humane industrie metas transcendit. nec tamen in mentis alienationem transit. ita vt supra se sit qđ viderat. ⁊ tamen ab assuetis penitus non recedat. Mentis alienatio est quando presentium memoria mēti excidit. ⁊ quasi peregrinando humane industrie statum diuine operationis transfiguratione transit. ¶ Hos tres contemplationis modos experiuntur qui vsqꝫ ad summam huius gratie arcē sublimari merentur. Primus surgit ex industria humana. Tercius ex sola gratia diuina. Medius autē ex vtriusqꝫ permixtiōe. ¶ De primo legitur Leua in circuitu oculos tuos et vide. De secundo. Qui sunt isti qui vt nubes volant De tercio Ego dixi in excessu meo.

¶ De varijs gradibus trium modoꝝ cōtemplationis.

¶ Capitulum decimūnonum.

Tres autem modi predicti varijs possunt gradibꝫ subordinari. Nā ille modus qui fit mentis dilatatione tribus solet gradibus excrescere. arte. exercitatione. attentione. Ars est quando quomodo aliquid agendum sit veraci traditione seu sagaci inuestigatione addiscimus. Exercitatio est quando id qđ arte percepimus in vsum adducimus. et in eius officij executione nosipsos pmotos et expeditos efficimus. Attentio est quando studio quod exeqmur summa diligentia insistimus. Ille vero modus cōtēplationis qui in mentis subleuatiōe accidit. tribus gradibus excrescit. Intelligentia nanqꝫ humana diuinitus inspirata ⁊ in illo celesti lumine irradiata aliquādo subleuatur supra scientiā. Aliquando etiā supra industriā. Aliquando supra naturaꝫ Supra scientiaꝫ quando aliquis tale aliquid ex diuina reuelatione cognoscit qđ modum proprie scientie vel intelligentie excedit. Supra industriam quando ad illđ humana intelligentia diuinitꝰ illuminatur ad quod nulla sufficit sua scientia. nec illa quam habet nec illa quam sua industria comparare valet. Supra naturā quando humana intelligentia diuina inspiratōne afflata nō cuiuscunqꝫ hominis sed generaliter totius hūane nature modum. industrieqꝫ metas transgreditur. sicut videre de preteritis quod iam non est Uidere de futuris quod nōdum est. Uidere de pñtibus quod sensibus absens est. Uidere đ alieni cordis secretis quod nulli sensui subiectum est. Ille etiam modus qui mentis alienatōne fit tribus gradibus diuiditur. quia tribus de causis in huiusmodi alienationē abducimur. Naꝫ modo pre magnitudine deuotionis. modo pre magnitudine admiratōnis. modo pre magnitudine exultationis fit vt mens seipsam non capiat. sed supra seipsam eleuata in alienationeꝫ transeat. ¶ Magnitudine deuotionis quando tanto celestis desiderij igne succenditur. vt amoris diuini flamma vltra humanum modum excrescat que animam humanam ad cere similitudinem liquefactam a pristino statu resoluat. ⁊ ad instar fumi attenuatam ad superna emittat. ¶ Magnitudine admiratōis qñ diuiō lumīe irradiata et in summe pulcritudinis admiratione suspēsa tā vehemente stupore cōcutitur vt a suo statu funditus excutiat. ⁊ in modū fulguris chorusc̄atis q̄nto pfundiꝰ ꝑ despectū sui

respectu vise pulcritudinis in ima deijcit tanto sublimius tantoq; celerius ꝑ sum/morū desideriū super semetipsā rapta in sublimia eleuetur. ¶ Magnitudīe ex/ultatōis quando intima illa supne ꝛ eterne suauitatis abundantia potata imo plene inebriata. quid sit. quid fuerit. penitus obliuiscitur. ꝛ insuper mundanū quendā affectum sub quodam mire felicitatis statu raptim transformat. ¶ Sed cum di/ctum sit quibus de causis mentis aliena/tio accidere soleat. illud etiam adijciendū videtur quibus gradibꝫ ascendat. Ascendit aūt aliquando supra sensum corporalem. aliquando supra ymaginē. aliquan/do vero supra rationē. quis duos primos ascēsus negare audeat. cum illum qui su/pra ratonē est apostolica autoritas ꝯuincat. Scio inquit hominē siue in corpore siue extra corpus nescio. deus scit. raptū vsq; ad tercium celum. Ecce. quia humanam rationem mentis alienatione transierat. quid circa se ageretur discernere ne/quibat.

¶ De sex documentis acquirende ꝛ conseruande contemplationis.

Capitulum vicesimum.

NOs itaq; qui de tanta re nihil ꝓ/pria virtute sapimus aliena dicta ꝛ ex multis pauca. de contempla/tionis perfectione hic recitauimus. Sz iam de eius acquisitiōe ac conseruatione vtilia quedam documenta ponamus.

¶ Primum ergo est mūdificatio cordis. Cum enim dicat christus Beati mundo corde. quoniam ipsi deum videbunt. constat ꝙ ad dei cōtemplationē proficiūt cordis mundicia. ꝛ omnia que eam cum diuina gratia cooperando efficiunt. Hec au/tem sunt. intima veraq; animi compūctio siue cōtritio ꝛ lacrimarū effusio. quas co/mitari debet deuota oratio. Ideo orabat propheta dicens. Cor mundū crea in me deus. ¶ Est autem triplex aqua lacrimarum ad hoc nobis vtilis. scilicet compunctionis. compassionis. ꝛ deuotionis. Prima est pro peccatis proprijs. secunda pro miserijs alienis. tercia pro timore iudicij finalis. pro horrore supplicij gehennalis. pro amore premij eternalis. pro incolatu miserie presentis. pro dilatione patrie ce/lestis. pro desiderio diuine visionis beatifice fruitionis ac gaudiose dulcedinis. Qui sic semināt in lacrimis. teste prophe/ta. in exultatione metent. ꝛ vt a christo ꝓ/mittitur. beati qui sic lugent. quoniā ipsi consolabunt. ¶ Secundū est maceratio carnis. cum enī dicat apostolus. caro cō/cupiscit aduersus spūm oportet ꝙ ipā sui maceratione castigata spiritui seruire co/gatur. vt ille ad superiora contemplanda sublimetur. Ideo idem apostolus ait. ca/stigo corpus meum ꝛ in seruitutem redi/go. Dum enim corpus sui castigatiōe de/bilitatur animus in dei ꝯtemplatiōe for/tius roboratur. vnde fit vt cū anim⁹ ma/gis in contēplationem ascendat. corp⁹ in quandam infirmitatis debilitatē cadat.

¶ Hinc tres discipuli visa trāsfiguratione christi in facies suas ceciderunt. Hinc Paulus in lucis circumfulgentia excecatus cecidisse legitur. ¶ Hinc Daniel ait. Uidi visionem hanc grandem et non re/mansit in me fortitudo. Et Ezechiel. Uidi inquit ꝛ cecidi in faciē meam. Ex quo patet in quantam miseriā cecidimus qui ipsum bonū ferre non possumus ad qđ creati sumus. Cum tamen de volūtaria carnis maceratione hic loquimur eā moderatam esse intelligimus. nam tanta esse posset ꝙ cōtemplationem ꝛ eius suauita/tem suffocaret. Unde in hac re quorū sanctorum austeritatē magis admirandam ꝙ̄ imitandam esse credimus. sicut de san/ctissimo confessore beato Petro quondā papa celestino in libro quem de eius vita scripsimus aliqualiter tetigisse memini/mus. ¶ Tercium est feruor diuine dilectionis. In cuius figuram in feruore dei Aaron cum igne et thimiamate intrabat in sancta sanctorū. Si autem scire velis an illum habeas caritatis feruorē quem dicimus. cogita quid sit quod in vita tua ardentius dilexisti. anxius concupisti qđ te iocundius afficiebat profundiusq; delectabat. Considera si eandem affectionis violentiam dilectionisq; abundantiā sentis quando in summi dilectoris desiderium inardescis. quando in eius dilectio/ne requiescis. nondum intimum illum affectionis tue sinum tenet. si intime dilectionis aculeus animā tuam in diuinis affectionibus minus penetrat ꝙ̄ in alienis

affectibus aliquando penetrare solebat. ¶ Quartum est horror mundane delectationis. sicut enim amor dei amorem mundi expellit. sic feruor diuine dilectionis horrorem mundane delectationis inducit. Si ergo tantam vel validiorem dilectionis violentiam in intimis tuis circa diuina persperis quam alias vnquam expertus fueris. vide adhuc si forte aliud quid sit in quo delectari vel consolari possis. Et si est nondum audeas dicere dilectum tuum intimum ardentissimi amoris sinum tenere. ¶ Quintum est obseruatio humilitatis. hinc maria que contemplatiue vite figuram tenet in humilitatis signum secus pedes christi sedet. et videns iesum ad pedes eius cecidit et pedes eius vnxit. et post resurrectionem pedes eius tangere voluit. ¶ Quisque ergo tanto esse debet humilior quanto est in dei contemplatione sublimior. Ideo de anima contemplatiua in canticis scribitur. Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluens innixa super dilectum suum. Quia per humilitatem non de suis viribus presumit nec ascensum suum suis meritis ascribit. sed dilecto innititur. quia non sua sed illius virtute subleuatur. ¶ Sextum est deuotio orationis et hec ex humilitate nascitur. que quod a se habere non posse cognoscit. a deo humiliter et deuote exposcit. Unde bene dictum est Oratione dilectus est aduocandus. tenendus et reuocandus. Ideo enim quandoque subtrahit se vt auidius reuocetur et teneatur fortius Preteriens teneri vult. abiens reuocari.

¶ De quibusdam notandis circa perfectionem contemplationis.

¶ Capitulum vicesimumprimum.

Adhuc autem circa consummate contemplationis perfectionem quedam notanter recolligenda sunt. Et primo quidem notandum est quod prudenti circumspectione et frequenti increpatione oportet inuigilare. ne vllus mentis excessus vel cogitationis euagatio discretionis perspicaciam lateat. ne sine redargutione fortique castigatione pertranseat. Secundo notandum quod sicut aues cum volare volunt. alas suas expandunt. sic debemus et nos cordis nostri alas per desiderium extendere. et diuine reuelationis horam semper expectare. vt quacunque hora diuina inspirationis aura mentis nostre nubila deterserit. verique solis radios detexerit. excussis tandem contemplationis sue alis. mens nostra se ad alta eleuet. et fixis obtutibus in illud eternitatis lumen quod desuper radiat omnia mundane volubilitatis nubila transcendat. Quod figuratum est in duobus cherubin qui erant expandentes alas. ¶ Tercio notandum quod debemus non solum ad hoc quod in hac vita per contemplationem habere possumus verum etiam ad illud diuine contemplationis spectaculum quod in futura vita speramus. animas nostras suspendere. et in huius expectatione vehementi desiderio euolare. Ideo debet anima perfecta omni hora sue peregrinationis terminum cum desiderio expectare. Hinc est quod Abrahas in in hostio tabernaculi sui sedebat. et Helyas in spelunce sue hostio stabat.

¶ Quarto notandum est quod anima sancta et veri sponsi amica debet ad dilecti sui aduentum summo cum desiderio anhelare. parata semper vocanti occurrere. semperque sollicita ne subito adueniens minus paratam inueniat. vel diu exclusus vllam molestiam sustineat. Ecce inquit vox dilecti pulsantis. aperi mihi soror mea. Uide ergo ne tunc primo incipias te ad eius receptionem preparare cum iam ipse incepit ad hostium pulsare. ne ei cogaris dicere expecta reexpecta. ¶ Item notandum quod dilectus auditur per recordationem. videtur per admirationem. deosculatur per dilectionem. amplexatur per delectationem. Uel auditur per reuelationem. videtur per contemplationem. deosculatur per deuotionem. amplexatur vel stringitur per dulcedinis sue infusionem. qua dulcedine experta vlterius non potest anima pulsanti dilecto aliquas moras nectere. sed prompta est aduenientem suscipere Insuper sciendum est quod aliud est animam cum dilecto introire et aliud est eam ad ipsum exire. Eam introire est seipsam totam in se colligere. Eam exire est seipsam extra semetipsam totam effundere. Eam solam cum solo morari. nil aliud est quam exteriorum omnium obliuisci. et in eius dilectione summe et intime delectari. et ex his que in intimis suis considerat se in affectum dilecti inflammare. et tam ex bonorum quam ex malorum suorum consideratione in gratiarum actionem assurgere.

Preterea notandū q̄ sublimitas diuina-rum reuelationū manifestū est diuine di-lectionis indiciuz. Jam non dicā inquit vos seruos sed amicos. quia omnia q̄ au diui a patre meo nota feci vobis. Ex ma-gnitudine itaq̄ diuine dilectionis pēdet modus diuine reuelationis. comedite in-quit amici ꝛ bibite. ꝛ inebriamini carissi-mi. Comedunt illi qui cū multo studio ꝛ longa meditatione vix possunt ad verita-tis delicias ꝯtingere. Bibunt aūt illi q̄ ex diuinis reuelatōibꝫ cū facultate ꝛ iocūditate hauriūt qđ de intima veritatis suauitate ardenter ꝯcupiscūt. Jtem deniq̄ sciendū est q̄ qui ad hanc gratiam ꝑfecerit. cū eaꝫ sibi vltra solitum subtrahi iam sentit: ha-bet tamē quod facere debeat vt ad eam re parandā adiuuari valeat. Debet eñ ani-mus qui eiusmodi est ꝓprijs meditatiōibꝫ cordis in se exultationē repare. ꝛ impensa sibi diuinoꝝ beneficiorū munera ante re cordationis sue oculos reuocare. ꝛ hac re cordatione seipsum ad profundā ꝛ deuo-tam gratiarūactionem instigare. et tandē aliquando internum illud spiritualis ar monie organuꝫ ex affectu in diuinas lau-des laxare. Hoc itaq̄ agentes quid aliud q̄ꝫ viam sternimus per quam venientē vi sitantemq̄ nos dominū excipiamus Sa crificiuꝫ inquit laudis honorificabit me et illic iter quo ostendam illi salutare dei.

Hoc itaq̄ compendiū ex varijs ꝛ hinc inde dispersis sapientū dictis atq̄ senten tijs collegimꝰ. quod si quis videre digna tus fuerit eum hortamur vt ipsum nō bre ui aut leui discursione sed longa et graui discussione ꝑlegat. legendo intelligat. ītel ligendo sapiat. sapiendo in dei cognitōne dirigat. ꝛ de cognitione ad dilectionē. de dilectione ad feruorem. de feruore ad sua uitatem transeat. vt sic tandem de presen-ti suauitate ad futuram felicitatē perueni at. eo duce qui ē via veritas ꝛ vita. via di-rigens. veritas erudiens. vita reficiens. vnus deus benedictus in secula seculo-rum.

Explicit speculum considerationis pe tri ꝛc.

Incipit compendium contemplatio-nis editum a domino Petro quondā epi scopo Cameraceñ. postea cardinali. ꝛc.

Prologus.

Quoniā mul-ti sapientes multa de sapientie cōtem platione scripserunt. que omnia habere. aut habita legere difficile est. Jdeo in libello quem speculum considerationis intitulaui. ali-qua vtilia ex eoruꝫ sententijs breuiter col ligere studui. Ad quorum tamen declara tionem atq̄ complementū hoc contēpla-tionis compendium superaddere dignū duxi. ip̄m diuidens in tres partiales tra-ctatus.

Primus est de quibusdam vtilibus ꝓ ambulis ad contemplationis cognitionē preparantibus.

Secundus est de aliquibus figurali-bus exemplis ad contemplationis acqui sitionem proficientibus.

Tercius de spiritualibus sensibus ho minis ad contemplationis ꝑfectionem ꝑ tingentibus.

Primus pertinet ad doctrinalem intro ductionem incipientium. Secundus ad exemplarem manuductioneꝫ ꝓficien-tium. Tercius ad experimentalē erudi tionem ꝑfectorum.

Primus ergo tractatꝰ ex doctrina san-cti Thome in secunda secunde. quedā vti lia sub duodecim capitulis complectit̄.

Capitula primi tractatus.

¶ Undecimū ad quam vim anime raptus proprie pertinere videatur. ¶ Duodecimū de eo q̄ paulus in tercium celum se raptum fuisse testatur.

¶ Incipit primus tractatus huius compendij de vite actiue et contemplatiue distinctione.

¶ Capitulum primum.

Secundū Gregorium super Ezechielē due sunt vite in q̄bus nos omnipotens deus per sacrum eloquium erudit. videlicet. actiua et contemplatiua. Que vt idem ait sexto moraliū significantur p̄ duas vxores Jacob. Actiua quidem p̄ Lyam. Contemplatiua vero per Rachelem Et per duas mulieres que dominum hospitio receperunt. Cōtēplatiua per Mariam. Actiua per Marthā. Jn hoc ergo differunt. quia cōtemplatiua precipue intendit circa veritatis speculationē. Actiua vero circa exteriorē occupationem. Unde patet q̄ hec non est diuisio vite vtiliter sumpte. que s̄m philosophuꝫ diuiditur in vegetatiuam. sensitiuam. et intellectiuaꝫ. Sed est diuisio vite humane. que principaliter attenditur s̄m intellectuꝫ a quo homo specieꝫ sortitur. Jdeo sicut intellectus diuiditur per actiuum et intellectiuum. quia finis intellectiue cognitōis vel est ipsa cognitio veritatis quod pertinet ad intellectum speculatiuū. vel est aliqua exterior operatio vel actio. quod p̄tinet ad intellectum practicum. Sic vita humana sufficienter diuiditur per actiuā et contemplatiuam. Nec obuiat huic diuisioni dictum philosophi. j. Ethicorū q̄ tres sunt vite maxime excellentes. scilicet voluptuosa et ciuilis. que eadem videtur esse actiue et contemplatiue. Nā vita voluptuosa ponit finem in delectatione corporali. que cōmunis est nobis et brutis. Unde dicit ibidem philosophus q̄ est vita bestialis. ideo non comprehēditur sub diuisiōe predicta. Omnia ergo studia humana si ordinentur ad necessitatē presentis vite s̄m rationem rectam. pertinēt ad vitam actiuam. que per actiones ordinatas consulit necessitati vite presentis. Si autem deseruiant cōcupiscentie pertinēt ad vitam voluptuosam. que non comprehenditur sub actiua vita. Humana vero studia que ordinantur ad cōsiderationeꝫ veritatis ad contemplatiuā vitam pertinent. Qđ autem Augustin⁹. xix. de ciuitate dei ponit tria vite genera. scilicet. Ociosum. quod pertinet ad contemplatiuam. Actuosum. quod p̄tinet ad vitam actiuā. Et illud tercium ex vtroq̧ compositum. non impugnat diuisionē predictaꝫ. Nam cum medium conficiatur ex extremis. et ideo virtualiter contineat in eis. sicut tepidum in calido et frigido. Propterea similiter sub actiuo ⁊ cōtemplatiuo cōprehenditur id quod est ex vtroq̧ ꝯpositum Et sicut in quolibet mixto predomiātur aliquod simplicium. ita etiā in medio genere vite superabundat. quandoq̧ quidē contemplatiuum. quandoq̧ vero actiuū.

¶ De comparatione actiue et contemplatiue ad inuicem.

Capitulum secundū.

Viso de vite actiue et contemplatiue distinctione Uidendū est d̄ earum comparatione. videlicꝫ q̄ potior sit vel dignior ac maioris meriti. Dicendum ergo est q̄ vita contēplatiua simpliciter melior ē q̄ actiua. qđ philosoph⁹ probat octo rationibus in p̄mo Ethico. ¶ Prima. quia vita contēplatiua ꝯuenit homini s̄m id qđ est optimū in ipso. scilꝫ. s̄m intellectum. ⁊ respectu ꝓprioꝝ obiectorum. scilicꝫ intelligibiliū. vita autē actiua occupat circa exteriora. ¶ Secunda. q̄a vita contemplatiua potest esse magis cōtinua. licet non q̄ntum ad supremū contēplationis graduꝫ. ¶ Tercia. quia maior est contemplatio vite contēplatiue q̄ actiue. Unde Augustin⁹ dicit in libro d̄ verbo domini. q̄ martha turbabatur. Maria epulabatur. ¶ Quarta. q̄ in vita contemplatiua est homo magis sufficiēs. nā paucioribus ad eam indiget. Unde dicit Luce decimo. Martha sollicita es ⁊ turbaris erga plurima. ¶ Quinto. quia contemplatiua magis pro se diligitur. Uita autem actiua ad aliud ordinatur. Unde dicitur psal. Unam petij a dn̄o hanc req̄ram vt inhabitem in domo domini ⁊c.

¶ Sexto quia contēplatiua cōsistit in q̄dam vacatione ꝛ quiete. Juxta illud Uacate ꝛ videte quoniam ego sum deus.
Nato itaqꝫ Juda id ē bonoꝝ inuisibiliū amore seu desiderio exurgēte atqꝫ feruēte. incipit rachel amore plis estuare. qꝛ incipit velle cognoscere. Nam vbi amor ibi ocul⁹. Ideo quātū pl⁹ crescit iudas. id est affect⁹ diligēdi. tāto amplius in rachel feruet desideriū pariēdi id est studiuȝ cognoscendi. Sȝ quia difficile est. imo pene īpossibile mentē carnalē ꝛ adhuc in studijs corꝑalib⁹ rudē. ad inuisibilium intelligentiā assurgere. ꝛ in illis ꝯtemplationis oculū figere. ideo ꝑus cogitat ꝑ imaginationē. q̄ ne dū videre valet ꝑ intelligentie puritatē. Et h̄ est causa cur rachel ꝑus filios habꝫ de ancilla. q̄ generet de se ipa. Sicut eñ ꝑ rachel rōneȝ. sic ꝑ ei⁹ ancillā intelligim⁹ imaginatōȝ. sȝ imaginatio alia est bestialis q̄ absqꝫ oī deliberatōe huc illuc qꝫ vaga mēte discurrit. Alia ē rational̄ qñ ex hijs q̄ ꝑ sensuȝ corporeū nouim⁹. aliquid imaginabilit̄ fingim⁹ vt qñ ex multis bonis vl̄ malis. q̄ in hac vita sensus corporeus expit̄. q̄le vel quātū bonū vel malū in vita futura esse possit colligit̄. ꝛ ex imaginatione q̄dā futuroꝝ imago figurat̄. talis itaqꝫ imaginatio. ꝛ ad bale ꝛ ad rachel ꝑtinere videt̄. Ad bale ꝑtinet in quātū imaginatio. ad rachel in quātū rōnalis. Talis itaqꝫ ꝓles. ꝛ imaginatōis est ꝑ natiuitatē. rōnis. ꝑ adoptōȝ. Hmōi eñ ꝓleȝ vna generat. sȝ altera educat. Ex bale nāqꝫ nascit̄. sȝ ꝑ h̄ rachel moderat̄. Sunt itaqꝫ due filie bale. q̄rū ꝓmogenit⁹ dan dicit̄. posterior neptaliȝ noīat̄. Ad dan ꝑtinet futuroꝝ maloꝝ cōsideratio. ad neptalim speculatio futuroruȝ bonoꝝ. Quia ergo ꝑ officiuȝ dan. illicitas cogitatōes dephēdim⁹. arguim⁹. dampnamus. castigam⁹. recte eū dan. id est iudiciū vocam⁹. Nam ad eū ꝑtinet. exurgens malum statim cū ꝑ cogitationē pulsat. in iudiciū adducere. diligenter discutere. deprehensum dampnare. ꝛ deceptoriā cogitationē ex alia ꝯsideratione percutere. ac temptantia mala ex tormentoꝝ recordatōe extinguere. Sed sicut ad officiū dan spectat ꝑ ꝓsentationē pene reprimere exurgētia vicia. sic ad neptalim ꝑtinet per ꝯsiderationē ꝓmioꝝ. inflāmare desideria bona. Et quia qñqꝫ ꝯparatione vtit̄. vt qñ ex ꝓsentiū bonorum multitudine vl̄ magnitudine colligit illa futura vite gaudia q̄t vl̄ q̄nta eē possint. Qñqꝫ ꝑo vtit̄ trāslatōe. vt qñ reꝝ inuisibiliū quālibet descriptōȝ transfert ad reꝝ visibiliū significatōȝ. recte neptalim dicit̄. q̄ cōparatio vel cōuersio interꝑtat̄. qꝛ scȝ reruȝ ꝯparatione vtens. ꝛ qꝛ quicq̄d scriptū reꝑit. ad spiritualē intellectū transferens ꝯuertit Et h̄ de filijs bale.

De duob⁹ filijs zelphe.
Capitulū sextū.

Videns itaqꝫ lya. sororē suā rachel adoptiua iā ꝓle gaudere. ꝓuocat̄ ipa ancillā suam viro tradere. vt possit cū sorore sua de filioꝝ adoptōe exultare. si igit̄ vt dictū est. ꝑ zelphā sensualitatē debem⁹ accipe. quā aliā q̄so virtutis ꝓlē ꝑt ipa gignere. nisi vt discat ꝛ in reb⁹ ꝓsperis tpant̄ viuere. ꝛ in aduersis patiētiā hr̄e. Isti ergo gad et aser duo filij zelphe rigor videlicȝ abstinētie. ꝛ rigor patiētie. h̄ est gemina ꝟtutū ꝓles quā zelpha q̄dē parit. ī dolore tñ. ad magnā felicitatē ꝛ btītudinē domine sue. qꝛ ꝑ abstinētiā ꝛ patiētiā caro q̄dē affligit̄. sȝ ad magnā inde pacē ꝛ tranq̄llitateȝ anim⁹ cōponit̄. Hic est qꝫ nato gad. lya exclamat dicēs. Felicit̄. Et iteꝝ aser nascēte ꝓnūciat. Hoc ꝑ beatitudīe mea. Unde ꝛ gad id est felicitas dicitur. ꝛ aser beatus seu beatitudo noīat̄. Sȝ qñ queso lya ancillā suā viro suo traderet. vel tales adoptaret. nisi sororȝ sue exēplo ꝓuocata fuisset

Prius eni sp est vt ancilla rachel redigat sub viri ptate. q ancilla lye. q si imaginatõis euagatio. q fit p inutiles cogitationes pus nõ repmit. sensualitatis imoderat appetit minime tpat. Et h de filijs zelphe.

De mandragoris ruben.

Natis itaq gad z aser. Jam tps instat q ruben mãdragoras inueniat si tn eu foras ire nõ pigeat. Per ruben vt pdictu est timore dei accipim. q intus e qn in secreto cordis. in ɔspectu dei. i nra cõscia trepidam. s foras exit qn pter deu. etiã hoib nos ad oem obediẽtiã inclinam. Exit g ruben tpe messis tritici. qn ex impio obediẽtie. exercet se timor in opibus iusticie. Tuc aut ruben mãdragoras inuenit. qs ab ipo mr ei lya accipit. q p mãdragoras q odore suu solent late spargere. bone opiniõis famã debem accipe. qs qdem tuc lya accipit. qn oblata laus affectu tangit. qn in laudis sue pconijs anim afficit. z puerse delectat. Dar partes rachel petit lya ɔcedit. vt vir accipiat. q plis desideriu flagrat. q suadet affectõi rõ. humani fauoris appetitu sub suo moderamie tpare. si ad multiplicãdã virtutu plez. cupit de diuini spus copla gaudere. Nouit eni rachel melius q lya mandragoris vti. q quicqd affectio cordis vsurpat ad laude sui. recti sane rõ retorquet ad gl'iam dei. Recte aut ruben p ceteris filijs lye post natos gad z aser mandragoras inuenisse dicit. q quelibet ex opib pclaris abstinẽtie z patiẽtie ad timore nõ ad tumore pfecisse. maxie laudam z miramur.

De Jsachar qnto filio lye. Capitulu septimu.

Postea g quinto loco lye fili Jsachar nascit. Hic e internu gaudiu z spualis dulcedo. q intus sentit. quã tuc veracit habem. qn de veris z internis bonis gaudem. Pro tali ple libent lya mãdragoras ɔtempsit. vt tale filiu habere possit. Mens etem q in laude hoium delectat. qd sit inetenu gaudiu expiri nõ meretur. Recte aut p natiuitate gad z aser lya tale filiu genuit. q nisi p abstinẽtiã z patiẽtia. mens hũana ad vex gaudiu nõ ptingit. Oportet g nõ solu falsa delectatõ sed etiã vanã pturbatione excludere. q vult de veritate gaudere. Jsachar aut merces interptat. q ex nris laborib tale gaudiu vex. p seueranti longanimitate expectam. Cui gaudij dulcedine. scriptura nuc gustu nuc ebrietate vocat. vt q sit pua vl magna ostedat. Praua quide ad ɔpatõ future plenitudinis. magna aut. in ɔpatõne cuiuslibet mundane iocũditatis.

De sexto lye filio zabulon. Capitulu octauu.

Post Jsachar zabulon nascit q habitaculu fortitudis interptat. per quẽ intelligim odiu bonu. odiu ordinatu. odiu viciox. De q pphẽta. Perfecto odio oderã illos. Et iter. Omne viam iniqtatis odio habui. Hic est ille egregius miles dei. q bella dni pliari nõ cessat. z que vsitato noie scriptura zelu dni vel zelu rectitudinis appellat. Recte g post Jsachar qui merces interptat. zabulon id est habitaculu fortitudinis nascit. quia post degustatã eterne mercedis dulcedine. anim mirabilit ɔtra tẽptationes roborat. z ido sua pericula puipendẽs: dni iniurias fortiter vlciscit. Jste est zabulon. q irascendo iram dei placare ɔsueuit. qui pie seuiẽdo. du hominu vicia corrigit. eis qi nõ pcendo melius parcit. Absq dubio nil sic placet deo q modo zelus aiax. Judã aut z isachar pus q zabulon. lyam pepisse legim. Et per iudã charitatis amore. p isachar spiritualium gaudiox expientiã significari iam diximus. Prius itaq iudã z isachar nasci necesse est. qm mens q charitatis z interne suauitatis adhuc expers e. rectitudinis normã i suo zelo suare minie pt. Dz etiã zabulon nõ solu delinqntes corrigere. s z tẽpe tribulatõis ɔtra psequẽtes defensare. alioquin ver zelus non est. si paratior est ad feriendu q ad ptegendu. Jdeo habitaculu fortitudinis merito interpretat Zabulon. quia perfectus zelus. tanq forte domicilium z firmiter munitu deb infirmiores cõtra omnia pericula. doctrina z oratione ptegere z vndiq munire. z in hoc non solu infatigabiliter. sed etiã insuperabiliter perseuerare. Magna aut est hec virtus. cuius officio quisq non solu seipm contra vicia munit. sed etiam alios a peccatox laqueis eripere contendit. z quox nõ potest maliciam in meli mutare. nitit saltẽ resistẽdo repmere. Quã maiore gratiã potest de homini ɔferre. q vt ei ministerio. puersi hoies i melius cõmutent. z vt de filijs dyaboli filij dei efficiantur. An forte cuiq maius

videbit̃ eē mortuos suscitare. Ergo ne ma ius erit suscitare carnē iterum morituraṁ. q̄ a nimā ĩeternū victurā. ⁊ carnē reuocare ad gaudia mundi q̄ aīe restituere gaudia celi Merito ergo zabulon nato. exclamat ma ter eius lya. Ditauit me dn̄s dote bona.

De dina filia lye septimo genita. Capitulum. ix.

Sed post has sex virtutū soboles. post viciorum odiū. null⁹ iō p̄sumat se sine vicio esse. aut ĩ hac vita oīa peccata plene deserere. aut pfecte vitare. imo eos sepe p quos de⁹ aliorum errata corrigere disponit. ex magne pietatis dispensatione. grauiter cadere pmittit. vt ex pria culpa discant. q̄ misericordes in aliorum correctione esse debeāt. Sz q̄ntū putas erubescūt. ⁊ cū quali se humilitate deiciūt q̄ se in id vn̄ alios corrigunt. vl' forte in aliqd grauius lapsos ɔspiciūt. q̄ alijs in statu rectitudinis formā p̄buere debuerūt. Hinc est q̄ post zabulon nascit̃ dina. q̄ sepe post nimiū zelū. interueniēte culpa. sequit̃ humil' verecūdia. Nihil eñ aliud intelligim⁹ p dinam nisi verecūdiā. sz ordinatā. q̄ solū peccatū erubescere. est bonā verecundiā h̄re ⁊ ordinatā Sz q̄ zabulon nō dū gignere meruit. frustra se dinam posse gignere credat Disce p̄us peccatū odisse. ⁊ tūc incipies veraciter erubescere. Jlle pudor ver⁹ eē cog scitur quē viciorum odiū p̄cedit ⁊ comitatur Hūc nō habēt q̄ ampli⁹ erubescūt h̄re sordidā vestē. q̄ sordidā mentē. aut q̄s magis puderet in orōe fecisse barbarismū ɔ̄ regulā p̄sciani. q̄ ptulisse mēdaciū ɔ̄ regulā xp̄i Uel q̄s in p̄dicatōis officio. dū ɔ̄ supbiaz disputāt si forte breuē loq̄ndi sillabā pducerēt. mag' eos puderet de vicio orōnis q̄ de vicio elatōis. Nō est credendū hāc eē illā verecūdiā. quā intelligere d̄bem⁹ p dinā nō te credas dinā genuisse ⁊ ordinatā verecundiā h̄re. si min⁹ erubesc' pudēda cordis q̄ corpis. si mag' verear' vultū hoīm q̄ cōspectū dei ⁊ angelorū. Diligent' igit̃ ɔsiderāti q̄ sit rara atq̄ paucorum. humanā verecūdiā plene vicisse. ⁊ solā illā q̄ ordinata ē possidere. nō erit vn̄ mirari debeat cur tale pplētā sero lya pariat vl' ɔcipiat Sz ne de noīs rōne pterisse videamur. dina iudiciū istud ĩterp̄tat̃. Hoc itaq̄ ē illud iudiciū q̄ q̄sq̄ a pria ɔsciētia ɔueniēter ɔuincit̃. ɔdēpnat̃. ⁊ digna ɔfusiōis pena mulctat̃. vere iudiciū mirabile digneq̄ pnunciādū cū demōstratōis admiratōe. in q̄ q̄nto q̄sq̄ seipz ardēti⁹ diligit. tanto in seipo acri⁹ seuit. in q̄ sibi parci vehemēti⁹ cupit. tāto min⁹ ip̄e sibi pci. Nō tn̄ sine cā fuit q̄ p⁹ natū zabulon. de⁹ lye nō filiū sz filiā dare decreuit. q̄ fr̄is audaciā blande mitigaret. ⁊ blādicijs deliniret. Ualde ḡ oportunū videt̃ q̄ p⁹ zabulon q̄ iratū ⁊ zelanteē animū gerit. dina nascēdo succedit. vt ex sororis lenitate. fr̄is ferocitas tpet̃. mltū eñ zelātis anī ĩpetū tpat. cū in seipo ĩuenit q̄s vn̄ erubescat. Sz q̄ dina nil magnificū molit̃. tribū in populo israhel facere nō meret̃. imo etiā sepe dum plus iusto ɔfundi metuit. ad fortia virilia nō solū nō ɔualescit. sed ea etiā p̄pedire cōsueuit. Sz q̄uis velut femia pauida sit ad opa fortitudinis. ĩuenit̃ tn̄ puida ad custodiā honestatis. Et q̄uis nesciat placere p fortitudinē. placet tamē p forme pulchritudinē. quia modestia verecūdie in sui dilectione allicit. ⁊ se homib⁹ cōmendabilez et amabilē reddit. Unde quia verecūdie venustas ab omib⁹ fere ɔmendat̃. laudatur. amat̃. dinā egredientē ⁊ intima sua deserētem. ⁊ q̄ eā humiliare ɔsueuerat. infirmitatis memoriā. cito obliuiscentē. subito hominū laudes excipiūt. ⁊ eā dū fauorib⁹ demulcēt. corrūpunt. Dū ergo in oblata laude delectat̃. p sychen id est amorē vane glorie. filiū scz emor id est amoris pprie excellētie. corrūpit̃. Totiens eñ sychen. quasi violentia quadā pot⁹ q̄ volūtate. dinā nolētem opprimit. quotiēs mentē modo inuitā ad turpē laudis delectatōz trahit. Certe si dina semp per humilitatē puula fuisset. vl' intra thalami sui secreta seipam cohibuisset. nec corruptōis maculā incurrisset. nec tantorum malorum que in corruptōis sue vindictaz secuta sunt. causa extitisset. Hec de nouissimis liberis lye dicta sufficiāt.

De Joseph p̄mogenito rachelis. Capitulū. x.

Sciendū aūt est q̄ affectus predicti tunc veraciter creduntur boni. quando sunt nō solū ad finē debitū ordinati. sz etiā p debitum modū atq̄ mēsurā moderati Timor eñ nimi⁹ sepe cadit in desperationē. dolor in amaritudinē spes immoderata in presumptionez. amor superfluus in adulationē. leticia superuacua in dissolutionē. ira intpata in furorē. ⁊

ita virtutes in vicia vertunt. si per discreti onem minime moderant. Hic est ille Joseph qui sero nascit. sed a patre plus ceteris amat. qz sine discretione virt⁹ nulla ꝯsūma tur. nulla ꝯseruat. Sz vix sero talē filiū ac cipere meremur. quia ad discretionis ꝑfe ctionē nō sine magno vsu. nō nisi per mag experimenta erudimur. Multa quidē de dis cretione legendo. multa audiēdo discim⁹ multa ex insito nobis ratiōis iudicio. Ve rūtamē in hac nūq̄ȝ ad plenū erudimur si ne experientie magisterio. Prius est ergo vt satagamus singulis virtutib⁹ studium fre quens impendere. quod dum facimus ne cesse ē nos sepius cadere. oportet nos sepe resurgere. ꝛ per frequentē lapsum addisce re. qua vigilantia. qua cautela oporteat vir tutū bona acq̄rere vel custodire. Sic mēs diu exercitata. ad plenā morū discretōēȝ ꝑ ducitur. ꝛ quasi de nato Joseph iure letat. Patet aūt rō cur nec ipa quidē lya cur nec ancillaꝝ vlla sed rachel sola potuerit talē fi liū gignere. Siq̄dem nō est sensualitatꝭ. nō imaginatōis. nō deniq̄ȝ ipius affectōis. sed solius est rōnis discernere. sicut ꝛ intellige re. Joseph ergo de rachele. qz discretio de ratōe. Hic est ille Joseph q̄ solus inter fra tres tunica talari vestit. quia sola illa actio ad ꝯsummatōis talū. debitiq̄ȝ finis termi num ꝑducitur. que per discretōis prudentiā moderat. Hic est Joseph ille sompnia tor sompniorūq̄ȝ interpretator. qz vera dis cretio in ipius temptatōis articulo. int ipā suggestionū fantasmata. ex eoꝝ qualitate. futura ꝑicula deprehendit ꝛ de eis cautos reddit. Hic est Joseph quē emulant sui. ve nerant alieni. quē vendūt hebrei. emūt egi ptij. qz citius ꝯsilio acq̄escunt. faciliusq̄ȝ a liene prudentie cedūt. erroris sui tenebras ꝯgnoscentes. q̄ȝ de sua iusticia aut sapiētia ꝑsumentes. Nouit itaq̄ȝ ioseph nō solū cuȝ crescentib⁹ crescere. nō solū cū ꝑficientib⁹ ꝑficere. veꝝ etiā ex fratrū defectu ad ꝑfectū tendere. ꝛ ex alioꝝ detrimētis. prudētie lu cra ꝯquirere. Unde merito talis filius Jo seph id est augmentū nuncupat. ꝛ de ipo re cte ꝑ patrē ei⁹ dicit. Filius accrescens Jo seph. quia ei⁹ virtutis incremētū vsq̄ȝ in fi nem nō finit. Ipe est q̄ fratrū suoꝝ negligē tias nō negligit. q̄ eoꝝ excessus arguit. Ipo ꝑsente nō licȝ eis quicq̄ȝ vltra vires ꝑsume re. aut aliq̄d per negligentiaȝ ꝑtermittere. i

ei⁹ ꝑsentia nō eis licet sine ad dexteraȝ siue ad sinistrā declinare. Hinc est illa iter ipm ꝛ fratres discordia grauis. ꝛ ira pene ipla cabilis. Monita enim Joseph vident eis valde grauia. dura instituta. ꝯcilia īportabilia. Quid nanq̄ȝ durius quid difficilius q̄ȝ nil faciēdū negligere. ꝛ in omi suo facto nunq̄ȝ modū ꝑturbare. nunq̄ȝ ordinem cō fundere. aut mensuram excedere. Nihil a se animus difficilius extorquet. q̄ȝ vt in oī affectione sua modum seruet. Ad officium itaq̄ȝ Joseph pertinet cura ꝛ custodia om nium fratrum suorū ꝛ disciplina singulo rum. ad ipm spectat dispositio gerendorū. ad ipm ꝓuidentia futuroruȝ. ꝛ vt breuiter concludā. debet hic noster Joseph totum interioris ꝛ exterioris hominis statū ꝛ ha bitum. quantuȝ possibile est. plene cogno scere. nec solū qualis sit. verū etiā qualis es se debeat subtiliter q̄rere ꝛ diligenter inue stigare. Per hunc itaq̄ȝ Joseph animus as sidue eruditur ꝛ quandoq̄ȝ perducit ad ple nam cognitionē sui. sicut per vterinuȝ fra trem eius beniamin quādoq̄ȝ subleuatur ad ꝯtemplationem dei.

De beniamin secūdo rachelis filio omniū vltimo.

Capitulum. xj.

Sicut eni per Joseph gratiā dis cretionis. sic per beniamin intel ligimus gratiā cōtemplationis. Uterq̄ȝ de eadē matre nascitur. quia ꝛ dei cognitio ꝛ sui. ex ratione ꝑcipitur. Longe tamen post Joseph beniamin gignitur. qz animus qui in sui cognitione diu exercita tus. pleneq̄ȝ eruditus nō est. ad dei cogniti onem non sustollitur. Prius est vt cogno scas inuisibilia spiritus tui. q̄ȝ possis eē ido neus ad cognoscenda inuisibilia dei. Pre cipuum enim ꝛ principale speculum ad vi dendum deuȝ animus rationalis inuenit seipsum. cum legamus hominē ad dei ima ginem ꝛ similitudinem esse factū. Hoc ita q̄ȝ speculum non desinit verus Joseph te nere. tergere ꝛ inspicere. tenere. ne deorsū cor ruens. terrenis per amorem inhereat. ter gere. ne inanium cogitationuȝ puluere sor descat. inspicere. ne ad vana studia inten tionis sue oculum reflectat. Exterso auteȝ speculo ꝛ diū diligenter inspecto. incipit ei quedam diuini luminis claritas interlucere ꝛ insolite visionis radi⁹ oculis ei⁹ apparere

de quo pro pheta. Signatū est super nos lumen vultus tui dn̄e. Ex hoc itaq3 lumīe videndi deū. flammā desiderij ɔcipit τ fiduciam sumit. Mens ergo que iam visionis huius desiderio flagrat. si iam sperat qd̄ desiderat. iā3 se beniamin ɔcepisse cognoscat sperando eñ cōcipit. desiderādo parturit. τ quāto ampli⁹ crescit desideriū. tanto appropinquat ad partū. S3 dicit scriptura Spes que differtur. affligit animū. nouit rachel. cui tanta pariendi anxietas τ doloris immēsitas. ideo pre dolore partus moriens. vocauit hunc filiū bēnoym. id est filium doloris. Sed pater eū in circūcisiōe noīauit beniamin. id est filiū dextere. sc3 dextere excelsi. id est gratie dei. Ad hanc nanq3 gratiā nunq3 pertingit mens per ppriam industriā. dei est hoc donū nō homīs meritum. licet hoc accipiat nemo sine ingēti studio τ ardenti desiderio. Ideo rachel studium multiplicat. τ desideriū suū quotidianis incrementis acrius inflammat. In tāta itaq3 quotidiani conat⁹ anxietate. in huius doloris immēsitate. τ beniamin nascit τ rachel morit. quia cū mens supra se metipsam rapitur. humanā ratione supergreditur. τ ad id quod supra se est eleuata. τ in extasim rapta. cū in diuinitatis lumine cōspicit humana ratio succumbit. Quid est eñ rachel interit⁹. nisi ratōis defect⁹. Non ne rachel mortua tunc erat. τ omīs humane rōnis sensus in apostolo defecerat. q̄ dicebat: siue in corpe siue extra corp⁹ nescio de⁹ scit. Ad quē statū gloriat se nō quidē isse. s3 raptū fuisse. Scio inquit hominē raptum fuisse in tertiū celū. S3 q̄d est celū ħ tertiū qd̄ est inter terrā τ celū. hoc est inter corp⁹ τ spiritū. Sed alia est dignitas spirit⁹ humani. alia spiritus angelici τ longe alia excellentia spirit⁹ diuini. Ad hor igit celoru3 quodlibet. anim⁹ tunc veraciter erigit. qñ terrenarū cogitationū ima deserēs. in cor ɔtemplatōe defigit. Ad pmū igit celū pertinet cognitio sui. Ad scdm cognitio spūs angelici. Ad tertiū ɔtemplatio dei. Possumus tñ illa3 que in hac vita haberi pōt cognitionē. trib⁹ gradib⁹ distinguere. τ p tres celos designare. Ad pmū itaq3 τ ad secundū celū. homīes ascendere possunt. sed ad aliud quod est supra rationē. nisi per mentis excessum: supra seipos rapti: nunq3 pertingunt. Ideo bene de beniamin dicitur. Beniamin adolescētulus in mentis excessu. Ad hunc aūt excessum τ huius cognitionis ascensum. Christus qui sine trib⁹ discipulis in montē ascendere voluit. nos sine triplici studio perduci non posse figuraliter edocuit. per studium operis. per studium meditationis. per studiū oratōis paulatim pmouemur. τ qñq3 ad pfectionē cognitionis perducimur. Multa eñ experimur operando. multa inuenim⁹ meditando. inuestigando. multa extorquem⁹ orando. Christus itaq3 qui terrena docet in valle. hijs trib⁹ comitib⁹ celestia docet in mōte. Ibi xp̄s transfigurat. ibi clarificat⁹ videtur. apparent moyses τ helyas. apparēt aūt in maiestate. nō in obscuritate littere. sed ī claritate spiritualis intelligentie. Et hec q̄dem discipuli stantes aspiciunt. nondū in faciē cadunt. nondū paterna vox auditur. nondū auditor psternitur. nondu3 rachel moritur. nondū beniamin nascitur. s3 mox vt paterna vox intonuit discipulos pstrauit. quia ad id qd̄ diuinitus inspiratur. humani sensus capacitas deficit. Qd̄ ergo ppheta per rachelis interitum. hoc euāgelista designat per casum discipulorum. hoc psalmista exprimit in beniamin per ment excessum. Possumus tamen per mortē rachel τ per excessum beniamin diuersa contemplationū genera ītelligere. τ illa supra rationē esse. Unum supra rationē sed non preter rationē. aliud τ supra τ preter rationem. vnū ad mortem rachel. alterum pertinet ad beniamin excessu3. In primo beniamin interficit matrem. vbi omnē supergreditur rationē. in secundo etiā seipm excedit. vbi in eo qd̄ ex diuina reuelatione cognoscit. humane intelligentie modū trāscēdit. Sed quid est beniamin in egiptum descendere. nisi ab eternorū contemplatione ad tempalia ɔtemplanda. intuitū mentis reuocare. Quid est q̄ Joseph τ Beniamī conueniunt τ oscula iungunt. nisi q̄ meditatio τ contemplatio sepe inuicem sibi. cu3 rationis attestatione occurrunt. In morte igitur rachel. contemplatio supra rationem ascendit. in introitu beniamin in egiptum. ɔtemplatio vsq3 ad imaginationē descēdit. In dosculatōe beniamī τ ioseph diuine reuelatōi. humana rō applaudit.

¶ De toti⁹ iacob spūalis genealogie epilogo. ¶ Capitulum. xij.

Hec igitur de prole Jacob spūaliť intellecta dicta sufficiant. quam sub breuitate sic epylogare possum⁹ Jacob est virtuosus anim⁹. hui⁹ due sunt vxores. lya ꝛ rachel. Lya est affectio. rachel ratio. Harum due sunt ancille bala ꝛ zelpha. Lye seruit zelpha id ē affectioni sensualitas. racheli bala id ē rationi imaginatio. Ex hiis omnis ꝓtētū ples ħ ordine nascendo ꝓgrediť. Quattuor ꝑmi filii lye sunt. ꝑmus ruben. timor pene. secund⁹ symeon. dolor penitentie. tertius leui. spes venie. quartus iudas. amor iusticie. Deinde nascunť duo filii bale. Prim⁹ dan. consideratio futuroꝝ malorum. secund⁹ neptalim. speculatio futurorum bonoꝝ. Postea duo filii zelphe. Primus gad. rigor abstinentie. secund⁹ aser. vigor patientie. Post istos tres nouissimi lye liberoꝝ sunt. isachar. gaudiū ꝯscientie. zabulon. odiū malicie. Dyna. venustas verecundie. Postremo sequunť duo filii rachelis. ꝑmus Joseph. discretio seu ꝯsideratio sui. secūdus ē beniamin. ꝯtemplatio seu visio dei. vel ioseph. prudentia vera. Beniamin vero. intelligētia pura. vt ad ioseph ꝑtineat illud genus ꝯsideratōis qḋ est ḋ moribus. Ad beniamin illud gen⁹ qḋ est de inuisibilibꝫ. Prudētia vera quā discernim⁹ a prudentia carnis. est de acq̄rendis mľtiplicandis ꝛ ꝯseruandis moribꝫ bonis. Intelligentia pura quā sequestram⁹ ab admixtione imaginatōis. est de ꝯtemplādis ꝛ ꝯprehendēdis rebꝫ ꝛ inuisibilibꝫ ꝛ eternis. Hec ergo ex ꝑlibato libro Richardi breuiť collecta sunt. vt hui⁹ breuitatis suauitas. ꝛ suauis vtilitas. ad ꝑlegendū totū aliū librū ꝛ alia ab eo de ꝯtemplatōis ꝛ charitatis ꝑfectione ꝯscripta mentē lectoris alliciat. et inde ad virtutis ꝛ salutis ꝑfectū ꝑueniat.

¶ Tractatus tertius huius compendii. de spiritualibꝫ sensibꝫ hominis ad ꝯtemplationis ꝑfectionē ꝑtingentibus.

Ad contemplationis apicem ꝛ ꝑfectionis ei⁹ culmen cū mens humana vsu quinq̄ spiritualiū sensuū ꝑueniat. de quibꝫ in libello quē speculū ꝯsideratōis intitulamus vbi quedā vtilia de ꝯtemplatione breuiter collecta sunt que ipsius operꝭ breuitas plene ꝯsiderare nō ꝑmisit. Ideo specialiter ḋ eis ꝛ coꝝ distinctōe tractare decreuimus. Huius aūt tractat⁹ erūt. xiii. capľa breuia.

¶ Capitula tertii tractatus.

¶ Primū de sensuū corpaliū ꝛ spiritualiū distinctione. Secundū de sensuū difficili cognitione. Tertiū de coꝝ expimentali noticia ꝛ eius ꝑfectione. Quartū de ipoꝝ distinctione ꝑmo penes potētias rationales. Quintū de hmōi distinctōe penes act⁹ vitales. Sextū de coꝝ distinctōe penes rationes obiectales. Septimū in speciali de spirituali sensu auditus. Octauū de spirituali sensu visus. Nonū de spirituali sensu olfactus. Decimū de spirituali sensu tact⁹. Undecimū de spirituali sensu gust⁹. Duodecimū de hoꝝ sensuū impedimētis. Tredecimū de coꝝ remediis ꝛ iuuamētis.

¶ De sensuum spiritualiū ꝛ corporaliū distinctione.

¶ Capitulum primū.

Et ex diuinis scripturis ꝛ sanctoꝝ dictis colligiť. sicut quinq̄ sunt sensus corporales exterioris homīs. sic interioris homīs ꝓportionabiliter sensus quinq̄ spirituales assignanť. Uñ in li. de spiritu ꝛ anima diciť. q̄ duo sunt in homīe sensus. vn⁹ exterior alius interior. cū em̄ homo cōstat ex anīa ꝛ corpore seu carne. ꝛ in carne sint quinq̄ sensus visus. auditus. gustus. odoratus. ꝛ tactus. quos tam̄ nō mouet absq̄ anime societate. ita anīa suo mō habet q̄nq̄ sensus. quia spirituales res nō corporalibus sensibꝫ. sed spiritualibꝫ rimande sunt. De spirituali visu in Deutro. diuina voce diciť. Uidete quia ego sum solus. De spirituali auditu in Apocalipsi. Qui habet aures audiēdi audiat quid spirit⁹ dicat ecclesiis. De spirituali gustu in ps. Gustate ꝛ videte quoniā suauis est dñs. De spūali tactu in euangelio loquiť xp̄us. q̄ se mulierē mag᷒ fide q̄ꝫ manibꝫ vel corpe tetigisse ostēdit dicens. Quis est qui me tetigit. De spirituali odoratu ait sponsa in canticis. In odore vngētoꝝ tuoꝝ currim⁹. De hiis sensibꝫ diciť Bernard⁹ libro de amore dei. q̄ sicut corpus habet suos quinq̄ sensus quibus anime ꝯiungiť vita mediante. sic ꝛ anima habet sensus quinq̄ quibꝫ deo ꝯiungiť mediante charitate. Ideo dicit apľus. Nolite ꝯformari huic seculo. sed reformamini in nouitate sensus vestri. Per sensus ergo corpis veterascim⁹ ꝛ huic seculo ꝯformamur. Per sensus vero mētis. in agnitōem

dei renouamur.

¶ De sensuum spiritualium difficili cognitione.

¶ Capitulum .ij.

Sed horum sensuum spiritualium distinctionem cognoscere ac eorum officia et actus atque obiecta plene discernere non facile est. quia hoc nemo perfecte nouit nisi qui experimento probauit. Licet tamen inexperti. quantum nobis deus dederit. hos sensus distiguere temptabimus. Quidam autem eos ita distinguunt vt spiritualis visus dicatur in quantum per eum videtur dei summa pulchritudo sub ratione splendoris. Auditus in quantum per eum auditur eius summa armonia sub ratione verbi. Gustus in quantum per eum gustatur summa dulcedo sub sub ratione sapientie comprehendentis vtrumque scilicet verbum et splendorem. Odoratus in quantum per eum odoratur summa fragrantia sub ratione verbi inspirati in corde. Tactus vero in quantum per eum astringitur summa suauitas sub ratione verbi incarnati et inter homines habitantis corporaliter et reddentis se nobis palpabile et amplexabile seu osculabile per ardentissimam charitatem.

¶ De sensuum spiritualium experimentali noticia et eorum perfectione.

Capitulum .iij.

Sed quia hec obscura sunt. Ideo id quod querimus clarius distinguere volumus si valemus. dicimus ergo in primis quod spirituales anime perceptiones dicuntur sensus. in quantum sunt noticie experimentales. est autem experientia. obiecti presentis certa noticia. qua obiectum ipsum actu vitali a potentia perceptiua realiter attingitur. Unde quantumcunque auctoritatem vel rationem haberem fidem vel opinionem aut scientiam quod mel est dulce. propter hoc non haberem experimentalem noticiam de illo. nisi gustum exteriorem illud gustabile presentialiter et realiter attingere contigisset. Simile est de gustu interiori et alijs sensibus spiritualibus Unde si ego lego vel audio quoniam suauis est dominus. non ideo de hoc experimentalem noticiam habeo. nisi gustus spiritualis attingatur a diuina dulcedine. de qua experimentali gustatione dicit sponsa in canticis. Fructus eius dulcis gutturi meo. Hec autem spiritualis experientia paucorum est. quia solum perfectissimorum dicente Bernardo super cantica. Quicquid de tuis occultis scimus o domine Jhesu. aut scriptura docente. aut spiritu tuo sancto reuelante. aut certe quod perfectissimorum est gustando cognoscimus. id est noticia experimentali sentimus. Sicut ergo per sensus corporales habemus experientiam de sensibilibus. sic per sensus spirituales. licet difficulter habere possumus experientiam de spiritualibus.

¶ De distinctione sensuum spiritualium penes potentias rationales.

¶ Capitulum .iiij.

Sed iam de horum sensuum distinctione loquamur. pretermittentes quod cum ipsi habeant denominationem sensuum corporalium sic cum eis quandam habent similitudinem. Ideo etiam proportionaliter ad eos triplicem recipiunt distinctionem. Unde hos distinguere possumus. Primo quantum ad potentias in quibus sunt. Secundo quantum ad actus qui ab eis procedunt. Tertio quantum ad obiecta circa que prosequenda vel cognoscenda proficiunt. Quantum ergo ad primam distinctionem. dicimus quod hij spirituales sensus sunt in anima. scilicet spirituali substantia secundum tres eius potentias principales. in quibus consistit imago beatissime trinitatis. Primo namque in potentia memoratiua que appropriatur patri. consistere dicitur spiritualis auditus Secundo in potentia intellectiua que appropriatur filio. spiritualis visus. Tertio in potentia affectiua seu volitiua. que appropriatur spiritui sancto. tres alij spirituales sensus scilicet olfactus tactus et gustus. et hoc secundum tres ipsius voluntatis actus. videlicet desiderium. dilectionem. et delectationem. vt ad actum desiderandi pertineat spiritualis olfactus. ad actum diligendi. spiritualis tactus. ad actum delectandi spiritualis gustus. Nam sicut famescens primo cibum corporalem de longe naribus odorat et odorando desiderat. secundo ipsum magis proprie manibus tangit et tangendo diligenter tractat. tertio intus ore recipit et recipiendo degustat. Sic anima cibum spiritualem. qui deus est experimentaliter sentit. et per tres actus affectiue po-

tentie spiritualiter attingit. primo ipsum p desiderium odorans. secundo per charitatis dilectionez tangens. tertio per delectationem degustans. Et hanc distinctionez spiritualium sensuum per potentias subiectiuas aliqualiter innuit Richardus libro. iiij. de contemplatione dicens. q sicut deus per memoriam auditur. z per intelligentiam videtur. ita per affectuz amplexatur z astringitur. Ubi per affectum quo d us astringitur tres sensus spirituales. scilicet olfactus gustus z tactus comprehenduntur. z hoc ideo quia per tactum deus amplexatur. gustus autem est quidam tactus. z ideo etiam gustui deseruit olfactus

¶ De distinctione sensuum spiritualiuz penes actus vitales.

Capitulum. v.

Quantum vero ad secundam distinctionem horum sensuum. que attenditur penes operationes vel actus vitales que in eis sunt. z ab eis quodammodo procedunt. Jam ex precedenti distinctiõe satis inferre possumus quales sũt huiusmodi actus. Nã ex ea sufficienter apparet q primo ad auditum pertinet diuinas inspirationes recipere z retinere. secũdo ad visuz pertinet diuinas perfectiones intelligere z cognoscere. tertio ad olfactuz pertinet diuinas promissiones desiderare z appetere. Quarto ad tactum pertinet diuinas id est charitatiuas operationes efficere. z in eis deum quasi amplexando tenere. Quinto ad gustum pertinet diuinas id est eternorum premiorũ delectationes iam quodammodo specialiter attingere z suauiter sapere. Et hanc distinctionem sensuum per suas operatões spirituales seu eorum actus vitales quibus ad deum possunt pertingere notasse videtur Hugo libro de archa noe. vbi ait. q ad deuz pertingere est eum semper z per desiderium querere. z per cognitionem inuenire z per gustum tangere. Licet autem deus dum per desiderium queritur scdm aliquid vt presens non attingatur. tñ necesse est vt scdm aliquid etiaz tunc vt presens habeatur. qr sicut dicit Gregorius. Profecto qui deum desiderat. cum iam habet quem amat. z tamen habitus amplius queritur. quia sine fine q̃rend⁹ q̃ sine fine est diligendus vt ait Augusti. super illud ps. querite faciem e⁹ semper.

¶ De sensuum spiritualium distinctione penes rationes obiectales.

Capitulũ. vj.

Quantum ad tertiam distinctionẽ quam prediximus assignandã esse penes obiecta circa quę cognoscenda vel prosequenda spirituales sensus proficiunt. Ex premissis faciliter concluditur q deus scdm diuersas rationes obiectales huiusmodi sensus vitaliter immutantes spiritualiter attingitur. Unde deus dicitur primo obiectum spiritualis auditus in quantum diuinis inspirationibus loquens. Ipse est obiectum visus in quantũ diuinis perfectionibus lucens. Ipse est obiectum olfactus in quantum diuinis promissionibus alliciens. Ipse est obiectũ tactus in quantum diuinis id est charitatiuis z meritoriis operationibus perficiẽs. Ipse est obiectum gustus in quantum diuinis id est premiatoriis delectationibus reficiens. Et hanc distinctionem sensuum spiritualium per rationes obiectiuas aliqualiter tetigit Augustinus libro. x. cõfes. ita dicens. Quid amo cũ deum meũ amo. Certe non exteriora sed amo quandam lucem z quandam vocem z quendam odorẽ z quendam cibum z quendam amplexum interioris hominis mei vbi fulget anime mee lumen quod non capit locus. vbi sonat verbuz quod non capit tempus. vbi olet odor quez non spargit flatus. vbi sapit cibus quem non minuit edacitas z vbi heret bonũ qd nõ diuellit societas.

¶ De spirituali sensu auditus.

Capitulum. vij.

Sed ad aliqualem declarationem z maiorem elucidationem omniũ predictorum vtile iudicamus de quolibet horum sensuum particulariter psequi z ea que de eis balbuciendo loq̃mur scripturarum auctoritatibus confirmare. Primo igitur de spirituali sensu audit⁹ dicimus q est in potentia anime memoratiua. quia vt Richardus ait deus per memoriam auditur. qd ideo conueniẽter dici videtur quia auditus est sensus doctrię. Ad memoriam autem pertinet doctrinam accipere. Licet tamen auditus iste sit in memoratiua nihilominus ad spiritualiter deum audiendum opus est vt disponatur et

abilitetur vtraq; alia potentia scilicet intellectiua et affectiua quia sicut dicit Richardus super illo verbo. Qui habet aures audiendi audiat et cetera Ille habet aures audiendi. qui habet sensum intelligendi et affectum diligendi. Huius autem auditus proprius actus seu officium est. diuinas inspirationes recipere. et retinere: et deus est obiectum eius in quantum diuinis inspirationibus loquens. et interioribus locutionibus docens. Iuxta illud ps. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Diuina enim locutio interior inspiratio est. quia sicut dicit Augustinus super Gen. ad litteram. Sapientia dei non cessat loqui occulta inspiratione ad intellectualem creaturam cuius allocutionis habuit experientiam sponsa que dicit. Vox dilecti mei pulsantis. Et iterum. Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est. Hec itaq; vox seu locutio dilecti non exterior seu corporalis sed interior et spiritualis intelligenda est. quia sicut dicit Gregorius secundo moral. Loquitur deus intrinsecus silenter. sonans inuisibili lingua. Et vt idem ait. xxvij. moral. Vox domini auditur cum gratie eius inspiratio in mente concipitur. Et tunc sponsus cum sponsa. hoc est deus cum anima inuisibili lingua spiritualiter confabulatur. Unde Bernardus super cantica dicit. quod spiritus est verbum diuinum. spiritus quoq; est anima. et habent linguas suas quibus sibi alterutrum colloquantur presentesq; se indicent et verbi quidem lingua est fauor dignationis. anime vero lingua est feruor deuotionis.

¶ De spirituali sensu visus.
Capitulum. viij.

De spirituali autem visu prediximus quod est in potentia anime intellectiua et vt Richardus ait deus per intelligentiam videtur. et licet a domino in exodo sit dictum. non videbit me homo et viuet. quod de beatifica visione accipiendum est. tamen deum in hac vita aliqualiter videre possumus. non solum visione fidei enigmatica de qua dicit apostolus. videmus nunc per speculum in enigmate. sed etiam visione intelligentie que maior est fidei. licet sine fide haberi non valeat dicente propheta. Nisi credideritis non intelligetis. Et de hac visione intellectuali dicit Gregorius. xxiiij. moral. super illo Iob. Videbit faciem eius in iubilo. quod plerique contemplatione quadam etiam prius quam carne spolientur hilarescunt. dum in iubilo faciem dei conspiciunt. quod fit dum aliquis oculum in radio eterni solis figit. ibi viuens lumen videt. quia omnis mutabilitatis vicissitudine atq; obumbratione calcatis. veritati eternitatis inheret. huius itaq; intellectualis visus seu spiritualis oculi proprius actus seu officium est. diuinas perfectiones intelligere et experimentaliter cognoscere. et deus est obiectum eius in quantum diuinis perfectionibus lucens. quia diuine perfectiones sunt. velut pulchritudines obiectales in deo relucentes. et anime intelligentiam illuminantes ¶ Harum perfectionum diuinarum pulchritudinem et luminositatem sponsa in canticis experta dicebat. Ecce tu pulcher es dilecte mi et cetera. Et iterum. Dilectus meus candidus et rubicundus electus ex milibus et cetera.

¶ De spirituali sensu olfactus
Capitulum. ix.

De spirituali vero olfactu premisimus quod est in potentia anime affectiua seu volitiua et hoc secundum actum desiderandi. quia sicut canis venaticus querit et sequitur ceruum per odoris olfactum. sic anima deum per affectionis desiderium Ideo Iohannes euangelista dicebat. odor tuus domine excitauit in nobis concupiscentias eternas id est desideria eternorum. Huius ergo spiritualis olfactus proprius actus seu officium est diuinas eternorum premiorum promissiones desideranter et feruenter appetere. Et deus est obiectum eius in quantum diuinis promissionibus alliciens. quia vt dicit Dyonisius. iiij. ecclesiastice ierarchie ipse est fontana copia susceptionum diuinarum suauitatum. refundens de sua plenitudine diuinissimas fragrantias. Hee autem odorifere suauitates siue fragrantie conuenienter intelligi possunt huiusmodi promissiones delectabiles a copiosissimo diuine gratie fonte procedentes quibus per desiderium in deum tendimus. De quibus ait ps. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum. ita desiderat anima mea ad te deus. Et de quibus in oratione

petit ecclesia vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Hec sunt itaq; odorifere vngenta quibus in cursu presentis vie in quo deum querimus consolamur. De quibus sponsa experta loquitur. In odore vngentorum tuorum currimus post te. Ubi dicit Bernardus q; quanto quis deo familiarius vite merito & mentis puritate appropiat tanto recentiorum aromatorum & vnctionis suauioris sentit fragrantiam.

De spuali sensu tact?.
Capitulu .x.

De spirituali autem tactu supra dixisse meminimus q; est in potentia anime affectiua & hoc scdm actum diligendi & amandi. quia sicut dicit Augustinus .ix. de trinitate. Voluntas habet vnum proprium actum qui est actus tenendi seu amplexandi & quasi possidendi. quos actus non potest habere intellectus. Nam possessio non est actus cognoscentis sed voluntat; habentis. sicut & sanitas non est medici cognoscentis sed sani eam habentis. Huius igitur spiritualis tactus proprius actus seu officiu; est diuinas id est charitatiuas operationes efficere. & in eis deu quasi amplexando & possidendo tenere. Et deus est obiectum eius in quantum diuinis id est charitatiuis & meritorijs affectionibus & operationibus animam perficiens. Et hoc habet fieri per dei perfectam charitatem qua amando tenetur. tenendo amplexatur. & amplexando osculatur dicente sponsa. Tenui eum nec dimitam. Et iterum. Leua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me. Et rursus. Osculetur me osculo oris sui. Manus igitur spirituales quibus sponsa tangit sponsum et inseparabiliter tenet sunt charitatiue affectiones & operatioes. Amplexus vero sunt amorose & feruide mentis deuotiones. per leuam eni;. que est sub capite. significatur cognitionis intellectiue spledor. per dexteram que amplexatur. dilectionis affectiue feruor. que per deuotionem. ad amorosa; dei vnionem tenditur. Osculu; autem est ipa semper intellectualis vnio. qua anima cum deo intime coniungitur. De qua dicitur. Qui adheret deo. vnus spiritus est cu deo.

De spuali sensu gustus.
Capitulu .xj.

De spirituali dniq; gustu predictu est. q; consistit in potentia anime affectiua. & hoc scdm actum delectandi quia actum gustandi non habet intellectus. sed voluntas. sicut de actu tangedi premisimus. Huius spiritualis sensus proprius actus seu officiu; est. diuinas. id est eternoru; premiorum delectationes. ia quodammodo experimentaliter attingere & eorum suauitatem. delectabiliter sapere. Et deus est obiectum eius in quantum diuinis. id est premiatorijs delectationibus reficiens. De hoc gustu dicit Bernardus in libro de amore dei. Mens est quedam vis anime qua inheremus deo & fruimur. Fruitio autem hec est in sapore quodam diuino quare sapientia a sapore dicit. Sapor autem iste in gustu quodam est. gustu; vero istu digne nemo potest exprimere nec etia; ille qui meretur gustare. sed potest dicere. Gustate & videte quoniam suauis. id est delectabilis est dominus. Et hanc dei suauitatem delectabilem electi sapiut. Unde Gregorius .xj. moral. super illud Auris verba dijudicat & fauces comedetes saporem dicit. q; electi non solum audiunt verba sapientis sed etia; gustant. vt eis in corde sapiat. qd reproboru; non mentibus. s; solummodo auribus sonat. Aliud nanq; est cibum solum nominatu; audire. aliud vero est gustare. Electi itaq; cibum sapientie sic audiut vt degustent. quia hoc quod vere audiunt. eis per amorem medullitus sapit. Reprobi vero qualiter sapiat ignorat. Aliud est ergo de deo scire. & aliud qd cognoscitur faucibus intelligentie degustare. Hunc sapidum cibu; per charitatis dilectionem & dilectionis delectationem comederat sponsa in canticis. cu; ait. Comedi fauum cum melle meo. Et de huiusmodi cibi refectione dicit psalmista. Pane angelorum manducauit homo. que verba licet spiritualiter pertineant ad spiritualem degustationem & comestionem seu manducationem huius cibi. scdm diuinitatem tamen aliqualiter pertinent ad Christi humanitatem. in quantum spiritualiter gustatur per incarnationis mysteriu. vel per eukaristie sacramentum. in quibus est ani

me delectabilis refectio et spiritualis vite sustentatio. Alioquin non dixisset Christus Qui manducat hunc panem viuet ineternum. Nam qui manducat non solum corporaliter. sed etiam spiritualiter per fidem et charitatem. Christus qui vita eterna est per spiritualem vnionem incorporatur. et per gustum humanitatis peruenit ad gustum diuinitatis. ac per hoc quodammodo ad prelibamen et pregustationem eterne felicitatis. Ideo bene exclamat Augustinus super Johannem. O sacramentum pietatis. o signum vnitatis. o vinculum charitatis. qui vult viuere accedat credat et incorporetur vt viuificetur.

De sensuum spiritualium impedimentis.

Capitulum. xij.

Sed cum de sensuum spiritualium distinctione et eorum perfectione dixerimus. restat vt de hijs que in nobis hanc impediunt perfectionem disseramus Hec autem tria sunt precipua. vnum quod ad animam. aliud quod ad corpus. reliquum quod ad exteriora pertinet. Primum est culpabilis infectio. secundum est carnalis depressio tertium est temporalis turbatio. Et primo quidem culpabilis infectio duplex est. vna culpe originalis. de quo impedimento dicit Bernardus super cantica. Saporem interiorem perdidimus ab ipso exordio generis nostri ex quo cordis palatum sensu carnis preualente infecit virus serpentis antiqui. cepit non sapere bonum. ac sapor noxius subintrare. Ex hac ergo radice ceperunt interiores sensus languescere et tabescere. Alia est infectio culpe actualis et precipue mortalis. ex qua spiritualium sensuum vsus impediuntur eo quod per eam potentie anime et maxime voluntas deformantur. quod patet ex peccatorum mortalium distinctione. que ex septena voluntatis deordinatione sumitur Voluntas enim aut deordinatur quia illud appetit quod non est appetendum. aut quia refugit quod non est refugiendum. Si primo modo hoc est tripliciter secundum triplex commutabile bonum seu apparens bonum scilicet honestum vtile et delectabile. quia aut illud bonum apparens honestum. est priuata excellentia quam amat superbia. aut illud bonum apparens vtile. est exterior habundantia quam amat auaricia. aut illud bonum apparens est delectabile. et hoc dupliciter. quia vel delectabile secundum gustum et ad conseruationem indiuidui. sicut alimentum. et hoc amat gula. Aut delectabile secundum tactum et ad conseruationem speciei sicut coitus et hoc amat luxuria. Si autem voluntas nostra deordinatur quia refugit quod non est refugiendum hoc est tripliciter secundum triplicem refugiendi modum. quia aut refugit secundum peruersum instinctum potentie rationalis. et sic est inuidia. que irrationabiliter vult priuatum bonum possidere sine socio. aut secundum peruersum instinctum potentie irascibilis. et sic est ira que imperturbabiliter vult priuatum bonum habere sine contrario. aut secundum peruersum instinctum potentie concupiscibilis et sic est accidia. que infatigabiliter vult sine labore priuatum bonum tenere et sine boni operis exercitio. Et sic patet quomodo hijs septem deordinationibus mortalis culpe. deformantur omnes spirituales vires rationalis anime. Secundo carnalis depressio spirituales anime sensus impedit ideo in li. Sapientie dicitur. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et propter hoc sicut scriptum est in libro de spiritu et anima. cum exterior sensus carnis bono suo vtitur. interior sensus quasi obdormit. Et vt ait Gregorius. xxiij. moral. vnde exterius auditus aperitur. inde interius obsurdescit. Tertio temporalis perturbatio impedimentum est sensuum spiritualium per curam et solicitudinem rerum exteriorum. quia sicut Hugo dicit li. iij. de archa noe. Mentes quas cure carnales exagitant non comprehendunt sapientiam sapidam. sed qui minoratur actu. id est qui minus in exterioribus et temporalibus perturbationibus occupantur ipse inuenit eam. Nam sicut ait Gregorius. xxx. moral. dum exterior euagatio sensuum clauditur. interior sensus aperitur.

De sensuum spiritualium remedijs et iuuamentis.

Capitulum. xiij.

De remedijs vero contra predicta impedimenta quasi de medicamentis contra morbos anime aliquid dicendum est. Hec ergo tria precipua. secundum tres actus ierarchicos quos ponit Dyonisius. qui sunt purgari. illuminari. et perfici Unde secundum hec reformantur et reparantur

spirituales sensus ad cōtemplationez eter norum. iuxta qd dicit apostolus Reformamini in nouitate sensus vestri. id est otemplando experimentaliter sentiatis. que sit voluntas dei et cetera. Hoc itaqz fit in nobis triplici via. scilicet purgatiua. illumiatiua. et perfectiua. Purgatiua tendit ad nostre culpabilis vanitatis mūdificatiuā reformationem. illuminatiua ad eterne veritatis intellectiuam speculationez. perfectiua ad diuine charitatis affectiuaz vnionē. Sed quia a multis multa dicta et scripta sunt. et hec superficialiter tetigisse sufficiat. Hoc vnuz tamen hic scire expedit. qz ī hac triplici via vtiliter incipere. proficere. et pficere non valemus. nisi illo duce et eius gratia dirigente qui ait. Ego sum via veritas et vita. via dirigens ad purgationem. veritas lucens ad illuminationes. via consummans ad perfectionem. Et hoc ideo quia sicut docet Bernardus in libro de amore dei super illo verbo. aperuit eis sensum vt ītelligerent scripturas. Hec apertio interioris sensus que est noticia experiētie intelligentis et sentientis bonitatem et virtutem dei fit eius potenti bonitate et efficaci virtute in filijs gratie. et est opus gratie operantis quia efficitur. vt idem ait. vt leticia salutaris accepta. anima sapientie spiritu principali confirmata. leta decantet. et ideo dicat. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. dedisti leticiam in corde meo. Quod nobis prestare dignetur ipa dei sapientia. que est benedicta in secula seculorum Amen.

¶ Deo gratias.

¶ Explicit compendium contemplatiōis tres continens tractatus principales editum a reuerēdo patre et domino sacre quoqz theologie professore eximio domino Petro de allyaco quōdā episcopo cameracēn et postea cardinali.

Annotatio doctorum aliquorum qui de contemplatione locuti sunt Magnus Dyonisius edoctus a Paulo primus videtur hanc theologiam speculatiuaz tradidisse in suo tractatu de mystica theologia et ī alijs libris suis sepius interserit.

Venerabilis deniqz Richardus de sancto victore quasi primus post Dyonisium materiam hanc ab alijs sub collaudatione vel ammonitione traditam reduxit ad moduz artis et doctrine. cuius scripta omnia nihil fere nisi contemplationem sapiunt aut resonant.

Cassianus in collationibus patruz nominatim in illa de charitate.

Augustinus in de vera religione et confessionibus et de diligendo deum in de trinitate ac alibi plurics.

Clymacus in suo libro de. xxx. gradibus scale.

Gregorius in suis moralibus sparsim specialiter in vj. et ī tertia omel. super Ezechielem.

Bernardus super cantica et de diligendo deum et alibi.

Hugo in de archa noe et de oratione et super ecclesiasten presertiz in prologo et super celestem ierarchiam specialiter. vij. c. et alibi Bonauentura in suo itinerario totum miro et compendiosissimo artificio complexus est. et in suo stimulo amoris.

¶ Sunt alij tractatus plures compilati a nouellis vt est stimulus amoris ad xpi passionem. Et alter de triplici via cuius initium est. vie syon lugent Et alter de nouo seculo. Et alter de septem itineribus eternitatis. Et alter de ornatu spiritualium nuptiarum incipiēs. Ecce sponsus venit. cuius tertia pars suspecta est. Scripta sunt etiā aliqua super hoc in vulgari et in sermonibus quibusdam ad clerum et in paruulis tractatibus. Que omnia denumerare non nostrum est.

¶ Deo gratias.

¶ De quatuor gradibus scale spiritualis ex dictis beati Bernardi a domino Petro de allyaco. quondam episcopo cameracensi.

QUatuor sũt spirituales gradus anime. lectio. meditatio. oratio et contemplatio. Hij gradus sicut nominibus et numero sunt diuisi. sic ordine et merito sunt distincti. Est aũt lectio sedula scripturarum cuz animi intentione inspectio. Meditatio est. studiosa mentis actio. occulte veritatis noticiam. ductu rationis proprie inuestigans. Oratio est. deuota cordis in deum intentio. pro malis remouendis et pro bonis adipiscendis. Cõtemplatio est mentis in deuz suspense quedaz super se eleuatio. eterne dulcedis gaudia degustans. ¶ Assignatis quatuor graduum descriptionib9. restat vt eorum circa nos officia videamus. Beate vite dulcedinem lectio inq̄rit. meditatio ĩuenit. oratio postulat. ɔtemplatio degustat. Lectio quasi solidum cibũ ori apponit. meditatio masticat et frangit. oratio saporẽ acq̄rit. ɔtemplatio est ipsa dulcedo que iocundat et reficit. Lectio in cortice. meditatio in adipe. oratio in desiderij postulatione. ɔtemplatio in adepte dulcedinis delectatione. Quod vt expssius videri possit. vnũ d̃e ml'tis supponam9 exemplũ. In lectione audio. beati mundo corde. qm̃ ipi deũ videbunt. Ecce breue verbũ sed suaui et mltiplici sensu refertũ. quod postq̃ aĩa diligent' inspexerit dicit intra se. redibo ad cor meũ et temptabo si forte intelligere et inuenire potero mũdiciã hanc. p̃ciosa enĩ et desiderabilis ẽ res ista. cu9 possessores beati dicunt'. cui visio dei. que ẽ vita eterna. pmittit'. que tot sacre scripture testimonijs collaudat'. Hoc g̃ sibi pleni9 explicare desiderãs. excitat rõnem ad inquirẽduz q̃d sit. et q̃mo haberi possit h̃ adeo p̃ciosa mũdicia. Accedens g̃ sedula meditatio. interiora penetrat. singl'a rimat' attẽte ɔsiderat. q2 nõ dixit beati mũdo corpore sed mũdo corde. q2 nõ sufficit habere manus mũdas et innoxias a malo ope. nisi et a mal' cogitatõib9 mũdemur ĩ mẽte. dicente ɔpheta. Quis ascẽdet in montẽ dñi. Innocens manib9 et mũdo corde. Itẽ cõsiderat quantũ hãc mundiciam optat idez ɔpheta sic orans. Cor mundum crea in me deus. Et postq̃ hec et multa huiusmodi d̃ cordis mundicia pertractauit. Incipit cogitare de eius premio q̃ gloriosum et delectabile esset videre faciem desideratam domini. cogitat q2 in hac visione erit facietas illa de qua dicit propheta. satiabor cuz apparuerit gloria tua. His anima facibus ĩflammata. hijs incitata desiderijs. alabastro fracto. suauitatem vngenti presentire incipit. nondum gustu. sed quasi nariuz odoratu. et ex hoc colligit. q̃ suaue esset hui9 mundicie sentire experientiam. cuius meditationem adeo inuenit esse iocundam. Sed quid faciet. Habendi desiderio estuat. et non inuenit apud se quomodo habere possit. et quanto plus inquirit. tãto plus sitit. dum apponit meditationẽ. apponit et dolorem. quia non sentit dulcedinem. quam in cordis mundicia meditatio eẽ monstrat sed non prestat. Non enim est legentis aut meditantis hanc sentire. nisi datum fuerit desuper. hoc a solo deo est. qui sapientie saporem dat. et sapidam anime facit scientiã. Sermo siquidem datur cunctis. talis sapientia paucis. ¶ Videns ergo anima q2 ad desideratam experientie dulcedinem p̃ se non possit attingere. et quanto magis ad cor altum ascendit. tanto magis exaltatur deus. humiliat se et ad orationem confugit dicens. Domine qui non videris nisi a mũdis cordibus. inuestigaui legendo et meditando que sit et quomodo habere possit vera cordis mundicia. vt ea mediante vel ex modica parte possem te cognoscere. querebam vultum tuum domine. domine vultũ tuum querebã. Diu meditatus sum in corde meo. et ĩ meditatõe mea exardescet ignis et desiderium amplius cognoscendi te. Dum panem sacre scripture mihi frangis in fractõe panis magis cognitus es. et quãto plus te cognosco. tanto plus te cognoscere desidero. non iam in cortice littere. sz in sensu experientie. Nec hoc peto domine propter merita mea. sed pro tua misericordia. Fateor enim q2 indignus sum peccator. sed et catelli edunt de micis que cadũt de mensa dominorum suorum. Da mihi ergo domine arram hereditatis future. saltem guttam celestis pluuie. que refrigeret sitim meam. quia amore ardeo.

Cuiis autem ⁊ huiusmodi ignitis eloquiis suum inflammat desiderium. sic suū accendit affectum. sic sponsa suum aduocat sponsum. Dominus autem cuius oculi super iustos ⁊ aures eius ad preces eorū non expectat donec sermonem finierit. sed medium orationis cursum interrumpens festinus se ingerit ⁊ anime desiderio festinus occurrit. celestis rore dulcedinis circūfusus vngentis optimis delibutus. animam fatigatam recreat. esurientem reficit aridam impinguat. facit eam terrenorum obliuisci. ⁊ absortis ab ea carnalibus motibus superna contemplatione totā in deum conuerti. ¶ Sed o domine quomodo comperiemus quando hoc facis. ⁊ qd signum aduentus tui. Nunquid huiusmodi consolationis ⁊ leticie testes sunt suspiria ⁊ lachrime. Siquidem ita est. noua est antifrasis ista. ⁊ inusitata significatio. Que enim conuentio consolationis ad suspiria. leticie ad lachrymas. Si tamen iste dicende sunt lachryme ⁊ non potius roris interioris hominis desuper infusi supereffluens habundantia ad interioris ablutionis indicium ⁊ exterioris hominis purgamentū. O domine Jhesu si adeo sunt dulces iste lachryme que ex memoria ⁊ desiderio tui excitantur. q̄ dulce erit gaudium qd ex manifesta tui visitatōe capietur. Si adeo dulce ē flere pro te. q̄ dulce erit gaudere de te. Licet autē sponsus sic adueniens elapsus quandoq̄ subtrahit se quantū ad predictā visitationē quantū ad contēplationis dulcedinem. manet tamen presens quantū ad gubernationem quantum ad gratie vnionē. ideo nō desperes. Ideo o sponsa ne existimes te contempni si paulisper subtrahit tibi sponsus faciem suam. Omnia ista tibi cooperantur in bonū tibi venit ad consolationem tibi recedit ad cautelam. ne magnitudo reuelationis extollat te. ne semper apud te sic incipias sodales ɔtempnere. ne hanc continuā visitationē nō iā gratie attribuas sꝫ nature. Recedit ergo. ne forte nimis assidu⁹ contempnat̄. ⁊ vt absens magis desiderer̄. desideratus. auidi⁹ querat̄. diu quesitus. tandē gratius inueniat̄ Insuper ne exiliū reputem⁹ p patria. arrā p precio sūma. venit sponsus vicissim. ⁊ recedit paulisper. pmittit nos gustare q̄ suauis est. ⁊ an̄q̄ plene sentiat̄. se subtrahit. ⁊ ita quasi alis expansis super nos volitās. prouocat nos ad volandū. Ac si diceret. Ecce parum gustastis q̄ suauis sum ⁊ dulcis. sed si vultis plene saciari hac dulcedie. currite post me in odorē vngentorum meorū. Sed caue tibi o sponsa quando se absentat a te sponsus non longe abit ⁊ si non vides eum ipse tamen videt te. zelothipus est si forte aliū amatorem receperis. id est aliis magis placere studueris. statim discedet a te. Delicatus est. nobilis. diues ⁊ speciosus Ideo nō nisi speciosam dignat̄ habere sponsam si viderit i te maculā stati auertit oclos suos a te. Esto ergo casta verecunda ⁊ humilis vt sic ab eo frequenter visitari merearis. Ut aūt que diffusius dicta sunt simul melius videant̄. predictoꝝ summā recapitulando colligam⁹ Ex premissis apparet quomodo predicti gradus sibi inuicē cohereant. Lectio em̄ quasi fundamentū pmo occurrit ⁊ data materia mittit nos ad meditationem. Meditatio quicqd appetendū sit diligentius inqrit. ⁊ quasi effodiens thesauꝝ inuenit. Oratio se totis virib⁹ ad deū erigens impetrat thesauꝝ desiderabilē. ɔtemplationis suauitatē. Hec aūt adueniēs p̄dictorū triū laborē remunerat. dū celestis rore dulcedīs. aīam sitientē inebriat. Lectio ḡ est scdm exteri⁹ exercitiū. Meditatio scdm interiorē intellectū. Oratio scdm desideriū Contēplatio sup oēm sensum Prim⁹ grad⁹ est incipiētiū. Scds pficientiū. Terti⁹ deuotoꝝ Quart⁹ beatoꝝ. Hi aūt grad⁹ ita cōcathenati sunt ⁊ vicaria ope sic sibi inuicē ɔseruiūt ꝙ p̄cedētes sine subseqntib⁹ nihil aut paꝝ psunt. seqntes aūt sine p̄cedentib⁹ aut raro aut nūq̄ haberi possunt. Unde possum⁹ colligere ꝙ lectio sine meditatōe ē arida. meditatio sine lectōe erronea. Orō sine meditatōe tepida. meditatio sine orōne infructuosa. Orō sine deuotōe nō est ɔtēplatōis acqsitiua. ɔtēplatōis adeptio sine orōne aut rara est aut miraculosa Deus em̄ cui⁹ potētie nō ē numer⁹ ⁊ cui⁹ miscdia sup oīa opa ei⁹. qn̄q̄ d lapidib⁹ suscitat filios abrahe. dū duros ⁊ nolētes acqescere cogit vt velint. qn̄q̄ nō vocat⁹ se ingerit. qn̄q̄ nō q̄sit⁹ se īfūdit. qd ⁊ si aliqn̄ legim⁹ ɔtigisse vt i paulo ⁊ aliis qbusdā n̄ tñ iō debem⁹ et nos qi deū ɔtēptādo talia p̄sumere. sꝫ facere qd ad nos ptiet. vt p has qtuor ascēsiōes ḡduū ascēdam⁹ de virtute i virtutē donec videa

tur deus deorum in syon. Beatus ille qui sic ascendit. sed caueat ne post contemplationem istā qua eleuatus fuerat vsq₃ ad celum inordinato casu corruat vsq₃ ad abyssos. Ne post tantam deiuisionem ad lasciuos mundi actus. ⁊ carnis illecebras conuertatur Quando vero mentis humane acies infirma. beati luminis illustrationem diutius sustinere non poterit. ad aliquem trium graduum per quos ascenderat. leniter ⁊ ordinate descendat. ⁊ alternatim modo in vno modo in alio scđm motum liberi arbitrij pro ratione loci ⁊ temporis demoretur. tanto tamen vt mihi videtur deo vicinior quanto a primo gradu remotior. Sed heu fragilis ⁊ misera humana conditio. Ecce ductu rationis ⁊ scripturarū testimonijs aperte videmus beate vite perfectionem in hijs quatuor gradibus contineri. Sed quis est qui hunc viuendi tramitem teneat. Quis est hic ⁊ laudabimus eū. Uelle multis adiacet. sed perficere paucis. Utinam de illis paucis essemus Sūt autem quatuor cause que nos a predictis gradibus plerūq₃ retrahunt. scilicet ineuitabilis necessitas. honeste actionis vtilitas humana infirmitas. mundana vanitas. Prima excusabilis. scđa tolerabilis. tertia miserabilis. quare culpabilis. Illis enim quos h̄ causa a suo proposito retrahit. melius erat gratiā dei non agnouisse. q̄₃ post cognitam retroisse. Sed o deus bone suauis mitis dulcis consiliarius prudens adiutor fortis q̄₃ inhumanus est q̄₃ temerarius qui te abicit. qui tam humilem tam mā suetum hospitem a corde suo repellit. qui prauas noxiasq₃ cogitationes recipiens. illud secretum cubile spiritussancti. scilicet secretum cordis sui qđ paulo ante gaudijs intendebat celestibus tam subito immundis cogitationibus. quasi porcis conculcādum tradidit. Heu heu adhuc calēt in corde sponsi vestigia. ⁊ iā intromittūtur adulterina desideria. Male conueniens est. aures que modo audiuerant verba que non licet homini loqui tam cito inclinari ad fabulas aut detractiones audiendas. Oculos qui mō sacr⁹ lachrymis baptisati erāt confestim conuerti ad videndas vanitates Linguam que modo dulce epitalamium sponse cantauerat iterum conuerti ad turpiloquia Absit hoc a nobis domine. sed si forte ex humana infirmitate ad talia relabimur. Non ideo desperemus. sed iterum recurremus ad clementē₃ medicū ⁊ ipe q̄ nō vult mortem peccatoris iterū sanabit nos Oremus ergo dominū₃ vt impedimenta que nos ab eius contēplatione retrahunt in presenti nobis mitiget ⁊ in futuro penitus auferat vt diuine contemplatiōis dulcedine ⁊ torrēte voluptatis indeficiētis repleamur amen.

¶ Explicit de quatuor gradib₉ scale spūalis ex dictis beati Bernardi a domino Petro de alyaco quondā epo cameraceñ.

¶ Incipit verbum abbreuiatum super libro psalmorum.

Verbū abbreuiatū₃ faciet dñs super terrā. Hoc p apl'm ab Isaia propheta trāssumptum de xp̄o dictū est. q̄ est verbū dei eternū. nā verbū erat apud deū₃ ⁊ de⁹ erat verbū. ⁊ ideo h̄ verbū nō est a dō factū. sed est verbū in quo dixit de⁹ ⁊ facta sunt oīa. Et tñ hoc verbū eternaliter infinitū et imensu₃ abbreuiatū fecit de⁹ super terrā qñ verbū caro factū id est de⁹ hō fact⁹ est assumēs carnē terrenā. q₂ tūc sub breui carnis clausura habitauit in nob. ⁊ quē totus nō capit orbis in viscera virgīs matr⁹ se clausit fact⁹ hō. ¶ Per h̄ itaq₃ verbū sic abbreuiatū oīa verba ꝓphetaꝝ de xp̄o dicta q̄ multa multūq₃ plixa atq₃ diffuse ꝯpendiose abbreuiata fuerūt. dū in eo tanq̄₃ in breui verbo plene ꝯpleta sūt ipo teste q̄ ait Necesse est ipleri oīa q̄ scripta sūt i lege moysi ⁊ ꝓphetis ⁊ psalmis de me ¶ Nec absq₃ mysterio postq̄₃ dixerat. in lege moysi ⁊ ꝓphet⁹ addidit. ⁊ psalmis. nō q̄ psalmista ð numero ꝓphetaꝝ nō fuerit. s₃ q₂ tanq̄₃ ꝓphetaꝝ eximius. ea q̄ in lege moysi ⁊ alijs ꝓphetis de xp̄o diffusius obscuriusq₃ scripta erāt breui⁹ ⁊ clari⁹ ꝓphetauit. ¶ Est g̊ liber psalmorū. de xp̄o verbo abbreuiato q̄ ꝓpheticum verbū abbreuiatū. h̄ est velut breue ꝯpendiū oīm ꝓphetaꝝ. ꝓpterea liber iste in xp̄i ecclesia sūma cū veneratōne legit̄. ⁊ p ceteris scripturis ꝓpheticis frequētius decantat̄. ¶ Hac igit̄ occasione vt hij qui deo psallunt in ipso psalmoꝝ sensu spūalis suauit/

tatis saporem vtuncq; percipiant. vtile reputaui hoc opusculum componere. quod verbum abbreuiatum voco. quia in eo nō ad longum z per singula verba psalteriu3 exponere quod a maioribus factu3 est. sed sub ea qua potero breuitate singulorū psalmoru3 titulos. iporuq; sententias coaptare. coartareq; posui. Et a doctoribꝰ approbatis dicenda colligere.

E St itaq; titulus talis. Incipit liber hymnoꝝ vel soliloquiorū prophete de Christo Liber dicitur z non libri. contra eos qui plures psalmorū libros esse dicebant. ipsomet Dauid in persona Christi econtra dicente. In capite libri scriptum est de me. Unde etiam in actibus apostolorum dicitur. Sicut scriptu3 est in libro psalmorum. licet dici posset nō repugnare plures libros vnum vocari librum. Qui liber hymnorum congrue nominatur. quia docet nos laudare deu3. nō solum corde sed voce. Liber quoq; soliloquiorum dicitur. quia Dauid non exteriori amminiculo facti vel dicti. aut visionis vel somp nij. sed solius spiritussancti instinctu prophetauit ipso dicente. Audiā quid loquatur in me dominus. Propterea soliloquiu3 dicitur. quia solius spiritussancti eloquium. vel soliloquia dicuntur. quasi sola de Christo eloquia quia solus Dauid de Christo euidentius prophetauit. adeo vt magis videatur euangelizare q̄ prophetare. ¶ Ideo dictus est liber soliloquiorū prophete sine nominis adiectione per excellentiam. intelligendo Dauid. sicut cum nominatur apostolus. intelligitur Paulꝰ. Quod contra illos est qui dixerunt plures fuisse psalmoru3 scriptores. eo q nomina eorum in titulis habeantur. sed hoc pro mysteriorum significatione que ex interpretatione nominū percipitur factu3 esse creditur. Non ergo illi auctores fuerūt psalmorum. sed positio nominū. seruit ratione mysteriorum. ¶ Tangitur autem huius libri materia. quia dicitur esse d̄ Christo scilicet in capite z corpore. Quandoq; enim agitur de Christo scd̄m caput. aliquando scd̄m corpus. aliquando scd̄m vtrunq;. de Christo v̄o scd̄m caput agitur tribus modis. aliquando scd̄m diuinitatē. vt ibi. Tecum principium. aliquando scd̄3 humanitatem. vt ego dormiui z somp num cepi. aliquando per transsumptionem. vt quando vtitur voce membroru3. sicut ibi. Deus tu scis insipientiam meam. ¶ De christi autem corpore mystico scilicet ecclesia etiam tripliciter agitur. aliquando scd̄m perfectos. aliquando scd̄3 imperfectos. interdū scd̄3 malos. qui sunt in ecclesia corpore nō mente. ¶ De ordine quoq; psalmorū hoc sciendum est. q non sunt eo ordine dispositi quo compositi. Nec tamen sine ratione ita dispositi sūt. quia esdras propheta. qui psalterium. totaq; bibliotecam a babilonis combusta3 instinctu spiritussancti reparauit. eo spiritu reuelante. psalmos ita disposuit. eisdēq; titulos apposuit. qui sūt quasi claues psalmorum. Sicut enim per clauem intratur in domum. ita per congruas expositiones titulorum. clarescit subiectorum intelligentia psalmorum. ¶ Illud etiam notandum est. q licet liber psalmoru3 vnus esse dicatur. tamē per tres quinquagenas distinguitur. quibus tres status xp̄iane religionis designantur. quoru3 primꝰ est in penitentia. secundus in iusticia. tertius in laude diuina. Ideo prima quinquagena terminatur in penitentia. ibi. Miserere mei deus Secūda in iusticia ibi. Misericordiam z iudiciū cantabo tibi domine. Tertia in laude diuina. ibi. Omnis spiritus laudet dominū. Prima statui incipientium. secunda statui proficientium. tertia statui conuenit perfectorum. z quia de hijs agitur ī hoc libro. ideo hec triplex psalmorum fit distinctio ¶ Hec ergo circa totum librū aduertenda sunt. Preter hec aūt in singulis psalmis quedā specialia consideranda erunt.

B Eatus vir qui non abijt in cōsilio impiorum. Hic psalmus non habet titulum. quia est caput libri z totius operis prefatio z quasi prologus siue prohemium z de illo agit qui ē omniū principiū scilicet de toto Christo in capite z corpore z sic materia huius psalmi eadem est que z totius libri. ¶ Agit ergo de xp̄o tāq; de beato viro. per beatitudine3 nobis blandiēs deinde agit de vltionibus iniquoꝝ aduer-

sis eos terrens. Ibi. Non sic impii non sic. De beato autem viro primo agit. ostendẽdo eum immunem ab omni peccato. deinde in se plenum omni bono. postea vtilem toti mundo. ¶ Ad oñdendũ vero eũ imunẽ ab oĩ peccato. vtitur sĩlitudĩe veter᷒ ade qui triplici genere peccati deliquit. scilicet voluntate. opere. ꝛ consuetudine. que hiis tribus nominantur verbis. abiit. stetit. sedit. Abiit ḡ Adã a deo per peccatũ voluntatis cum persuasioni dyaboli ꝛ eius cõsensit. Stetit per peccatum operis. cum pomum vetitum in peccato delectatus comedit. Sedit per peccatum consuetudinis. cum se stulte excusando ꝛ culpam in deum referẽdo. in superbia velut in cathedra pestilentie confirmatus perseuerauit. Ille ergo primus Adam miser fuit. econtrario vero nouus Adam. beatus vir qui nullo dictorum peccatorum modo abiit. stetit. aut sedit. sed vt idem psalmus prosequitur. virtutibus in se plenus. aliis etiam proficiendo. prospere egit. impios aũt aduersantes ei tanꝙ puluerẽ a se proiecit.

Q uare fremuerunt gentes. Titulus est. psalmus Dauid. Dicitur autem iste psalmus sicut ꝛ ceteri. a psalterio quodam instrumento musico. quia ad vocem illius instrumenti decantabat Dauid psalmos. ante archam in tabernaculo domini. Et bene iuxta spiritualem intelligentiam. ab illo instrumento liber iste nomen sortitur. quia sicut illud instrumentum est decacordum. ita liber iste docet obseruantiam decem mandatorum. Sed psalmus Dauid dicitur non solũ quia a Dauid cõpositus fuit. sed quia de illo loquitur qui per Dauid mystice figurat̃. scilicet de xpo qui est vere manu fortis ꝛ aspectu desiderabilis. Attribuit̃ ergo Christo vero Dauid. qui hic de seipo rege loquitur. monẽs vt ei subdamur. Ubi primo persequentes increpat ꝛ eis comminatur. deinde de omnipotenti regno. de inenarrabili genitura. de diuinitate quoꝗ ꝛ humanitate eius multa prosequtur. Postremo hiis archanis patefactis ammonet vt ei ab omnibus humiliter obediat̃. quia ei obedientes ꝛ in eo cõfidentes beatificabunt̃.

D omine quid multiplicati sunt. Titulus. ps Dauid cum fugeret a facie absolon filii sui. Nota est hystoria in libro Regum. cui alludit titulus de qua tamẽ non agit psalmus. sed de significato mystico litteralis hystorie. id est de Christi passione ꝛ resurrectione. Dauid enim xpus est. absolon filius eius iudas est. quem cum aliis apostolis Christus filium vocauit. a quo Christus fugit cum mentem eius deseruit. ꝛ cor eius dyabolus intrauit. Et sicut Dauid in quo filio pacem exhibuit. ita Christus iude ꝛ cum amicis conuiuium: ꝛ postea pacis osculum dedit. Et sicut absolon ita ꝛ iudas suspensus interiit ꝙ mortuo Christus in pace regnauit. quando in gloria resurrexit. ¶ Est autem intentio huius psalmi redarguere eos ꝛ maxime paganos ꝛ philosophos. qui non putant gloriam maiestatis posse descendere ad infima humilitatis. id est deum posse hominem fieri pati ꝛ mori: Et primo proponit duas partes. ad similitudinem preliantium oppositas. ꝛ quasi preliando repugnantes. ex vna parte multitudinem persequentium. ex altera Christũ oratione armatum ꝛ deo susceptore securum. deinde ostenditur prelii finis id est resurrectio. que est consummatio passionis ibi. Ego dormiui.
¶ Potest etiam intelligi iste psalmus vt loquatur totus Christus id est ecclesia. cũ capite eius inter procellas persecutionum constituta. ¶ Posset insuper moraliter intelligi in persona cuiusꝗ fidelis impugnati a vitiis.

C um inuocarem. Titulus. In finem psalmus cantici Dauid. Finis quandoꝗ capitur pro consumptione. vt cum dicitur candela finiri: id est. deficere: quandoꝗ capitur pro cõsummatione: vt cum dicitur domus finiri. id est perfecta esse. In titulis autem psalmorum pro consummatione accipitur. ꝛ significat Christum: qui est consummatio fidelium in presenti ad iusticiam. ꝛ in futuro ad coronã. Quia ṽo hic habet̃ psalmus cãtici Sciẽdũ est ꝙ qñꝗ psalmus añ archã dñi solo instrumento psalterii cantabatur. ꝛ tunc diceba tur psalmus. quãdoꝗ sola voce humana: ꝛ vocabatur canticum. quandoꝗ instrumẽ

to ⁊ voce chori. ⁊ tunc quando instrumento precedente ⁊ voce sequente. dicebatur canticum psalmi. quando vero vox chori precedebat ⁊ istrumentū sequebatur. vocabatur psalmus cantici. Et hac diuersitate vsus est esdras in titulis. sicut ⁊ Dauid non absq; mysterio vsus est predicto instrumēto. Psalmus itaq; bonam operationē notat. canticum leticiā mentis habitam de eternis indicat. Unde dicitur psalmus. in quo tantū de bona operatione agitur. canticum in quo de mentis exultatione solū tractatur. psalmi canticum. vbi primū de bona operatione postea de mentis iocunditate agitur. cantici psalmus. vbi primū de mentis leticicia. postea de bona operatione tractatur vt hic. Prius eni dicit se exauditum ⁊ in tribulatione dilatatum. deinde de penitentia ⁊ sacrificio iusticie loquitur. ⁊ ex hijs patet sensus tituli. ¶ Est autē principalis intentio huius psalmi monere vt deserātur falsi dij ⁊ vana temporalia seculi. Et primo Dauid exemplo sui increpat ifideles de falsis dijs ⁊ falsis bonis. docens in eis non confidere. Deinde proponens nouū hominē. veterem iubet exuere. ibi. Et scitote. Postremo deposito veteri homine nos deo in sacrificium monet offerre ibi. Sacrificate. vt de veteri vita transeatur ad nouam vitam.

Verba mea. Titulus. In finem pro ea que consequitur hereditatem. Hystorie Genesis alludit. vbi legitur Abraham duos filios habuisse. vnum de ancilla. alium de libera. sed eiecta ancilla de domo cum filio. libera cū filio hereditatē obtinuit. verum non de hystoria sed de significato agitur in hoc psalmo. Libera enim Sara que non scdm naturam. sed per dei gratiam peperit. ecclesiam significat. ancilla vero synagogam vel ecclesiam malignātium. que Christi ecclesiam persequitur. s; ipa tandem hereditatem eternam alijs exclusis consequitur. Et sic est sensus tituli. Psalmus iste dirigens nos in finem. id est in Christum. vel in eternā eternitatē. que est finis ⁊ consummatio omniū bonorum. est pro illa libera. id est pro ecclesia. cui habenda hereditas affirmatur. ⁊ a qua emula id est synagoga vel malorum congregatio excluditur. ¶ Intentio prophete est certificare fideles de hereditate habenda. Et primo agit de hereditate quā in persona ecclesie sibi dari petit. ⁊ ab ea emulā excludi asserit ⁊ inde petit auxiliū contra ea que emula ingerit. ibi. Deduc. Postremo premia bonorum ostendit. ibi. Et letentur. vt sicut tenet pena. ita alliciant premia.

Domine ne in furore. Titulus. In finē ps Dauid pro octaua Octaua hic dicitur dies iudicij. quia omnia tempora septē dierū repetitione voluunt. post que erit illa dies octaua iudicij. que nullā habet varietatē. ¶ Psalmus ergo iste monens ad bene agendū propter tremendū iudiciū. ⁊ dirigens nos in finē id est in xpm attribuit ipi Dauid. id est penitenti. qui cōpositus est pro octaua. id est pro metu iudicij. in quo peccator timet argui. Monet ergo iste psalmus ad penitentiā. ⁊ est primus septē psalmorum penitentialiū. qui sicut ⁊ alij a lachrymis ⁊ amaritudine penitudinis incipit. ⁊ in certitudine venie terminat Unde primo captat beniuolētiā a psona iudicis. postea exponit erūpnas penitētis. ibi. Laboraui. Deinde ostēdit se correctū vt separet a mal. ibi. Discedite. Postremo orat pro inimicis conuertendis. ibi. Erubescant ⁊ conturbentur.

Domine de me. Titul. In finem ps Dauid. quē cātauit domino pro verbis chusi filij gemini Nota est in scdo li. Regū hystoria. qualiter Dauid persecuto per absolon filiū suū. chusi amicus Dauid cessit i ptē absolon ad explorāda consilia. q secrete mandauit vt de cāpestribus Dauid fugeret in solitudine. ⁊ sic eius cōsilio liberatus tandē prospere dimicauit. Cui hystorie alludit titulus de quo tamen nō agit psalmus. sed de eius velato mysterio. ¶ Chusi nāq; interpretatur silentiū. ⁊ filius gemini dicitur. quia gemini dextera interpretatur. per quē secretū silentiū ⁊ latens consiliū in xpo absconditū. conueniēter intelligitur. Et silentiū ideo dicitur filius dextere. quia est specialis effectus potētie diuine. quod tūc vocatur dextera. cū aduersa mutat in prospera. Unde scriptū est. Hec ē mutatio dextere excelsi. Sic ergo Dauid. per quē significatur xps contra absolon ⁊ achitofel per quos iudas proditor ⁊ iudeorum populus designatur. dimicauit per verba chusi. i. per consilia secreti silentij diuini quo silentio deus occultauit

iude ꝛ iudeis. secretũ sue passionis sacrm postea fidelib' reuelādũ. p cui' secreti ma nifestatōe cantat fidelis dño ei grās refe rendo ¶ Est ergo pncipalis intētio psal mi monere ad gratiarũ actōes. p manifesta tione silētij. Et pmo petit ab omnib' pse cutiōib' liberari. Postea vt subueniat glo ria resurrectōis xpi. Ibi. Exurge. Dein de terret metu futuri iudicij. Ibi. De' iu dex. Postremo leta ↄclusio ponit̃ de con fessione laudis dei. Ibi. Cōfitebor

D Omine dñs noster. Titul' In fi nem psalm' dauid. p torcularib'. Ecclesia dr̃ torcular. eadē ratione qua dr̃ area. varijs eñ similitudinib' ea dem res in scripturis sepe designat̃. Jō ꝟo torculari vel aree compat̃. quia sic in tor culari vina sepant̃ a vinacijs. ꝛ in area grā na diuidũtur a paleis. que tamē necessa ria erāt vt simul nascerent̃ ꝛ crescerēt. ad maturitatēq; puenirēt. sic in eccl'ia ammi xtio malorũ est cũ bonis. In futuro ꝟo se parabunt̃ cũ frumēta recōdent̃ in horreis palee aũt igne inextinguibili comburent̃. ¶ Iste ğ psalm' Dauid tendēs in finē. id est. in xpm. de cui' exaltatōe agit. est. p tor cularib'. i. de ecclesijs p xpm ꝛ p ei' aplos post ascensionē ↄgregatis. de quarũ cōsti tutione ꝛ causa ↄstitutionis hic agit̃. Vñ pncipalis intētio phete est errorē iudeo rum cōfutare. qui dicũt deũ tantũ in iu dea esse notũ. seu aliorũ quorũlibet dicēti um deũ solũ notũ esse apud se ꝛ sua notōe cũ nomē eius pdicatiōe apostolorũ notuʒ factũ sit in eccl'ijs vniuerse terre. Prio er go pheta laudes xpi describit. s. maiestā tem ei' ꝛ opatiōem excelsam. deinde osten dit naturā hois olim viciataʒ. in xpo sup omnia exaltatā. Ibi. Quid est hō. Ex qb' finaliter ↄcludit nomīs xpi gloriā in vni uersa terra esse diffusam

C Onfitebor tibi. Titul' In finem p occultis filij. psalm' dauid. Cũ dicit̃ fili' ꝛ non dicit̃ cui'. sicut hic p excellētiā. itelligit̃ xps qui est vnigenit' dei fili'. vel fili' est etiā ipsi' Dauid. qa de eo natus. Est ergo psalm' iste Dauid pro phete. qui hic loquit̃ in psona eccl'ie diri gens nos in finē. i. in xpm. ꝛ est p occultis id est. agit de occultis filij dei. vel xpi filij dauid ꝑm carnē. s. de occultis iudicijs di uinis. qr̃ia pncipali intētione ꝑtractat nō de iudicio vltimo futuro qd erit manife stum. sed de iudicijs dei que fiũt in psenti seculo. que ꝛ si nota sint deo. tamē homi nib' sunt occulta. vt ꝙ aliqui exercētur ad purgationē. aliqui inducunt̃ ꝛ inspirātur ad ↄuersionē. aliqui ↄtemnũtur ꝛ excecāt̃ ad damnationē. Est ğ intētio phete. nos ammonere ne credam' mundũ a casu vel a fato regi. sed iusto iudicio dei. licet nob occulto. cōtra illos q̄ de flore malorũ ꝛ la bore bonorũ murmurāt. nō putātes ħ di uina dispositiōe. sed casu ↄtingere. ¶ Pri mo itaq; pheta letus psallit. quia cultu ra dyaboli aduētu xpi destruit̃. ꝛ christus regnat. iudicat. ꝛ adiuuat. ¶ Secūdo fi deles ex ħ ad laudē dei puocat. ibi. Psalli te. ¶ Tertio finē malorũ venturũ peccato ribus cũ antixpo pdicēdo indicat. ibi Cō uertātur peccatores. ¶ Quarto mala tē poris antixpi ꝑtractat. quorũ nimietate p motus dic deo: cur recessisti. ibi Vt quid dñe. ¶ Quinto pcat̃ iudiciũ maturari. et vt sanctorũ mala finiant̃ exorat. ibi. Exur ge dñe deus.

I N dño cōfido. Titul' In finem: psalm' Dauid. Hic loquit̃ phe ta in psona alicui' fidelis redar guēdo hereticos. ꝛ docēdo resistendũ esse eis quādo volũt catholicos ad se trahere ꝛ ad montē sue alte ꝛ supbe sapiē transmi grare. Et pmo eos redarguēdo increpat. Secūdo docet qd deus iust' iudex. bois ꝛ malis catholicis. scʒ ꝛ hereticis rtribuat Ibi. Iust' aũt qd fecit. ¶ Vel pōt psal mus iste de iudeis accipi. vt xps in passio ne sua loquat̃ ꝑm hoiem. ↄtra terrores et machinatiōes iudeorũ.

S Aluũ me fac. Titul' In finē psal mus Dauid. p octaua. Octaua. si cut supra. hic accipit̃ p die iudicij quā in sexto psalmo peccator culpe ↄsci' timebat ne ibi puniret̃. Hic aũt dauid in psona viri pfecti p ea orat vt veniat et ibi remuneret̃ Et pmo petit a seculi puersita te saluari. deinde ostēdit xpm a patre mis sum ↄtra mala seculi. Ibi. Propter mise riam inopũ ꝛ gemitũ pauperũ. Vbi docʒ xpi eloqa esse vera sicut impiorũ falsa.

V Squequo dñe. Titul' In finē. ps Dauid. Hic pheta plen' charita te. qua auide xpi incarnationē ex pectat. in psona antiquorũ patrũ quasi de

dilatione cōquerit. vt supstitione dyaboli abiecta vni⁹ dei cultura suscipiat. Prio ergo cōquerit de dilatione aduēt⁹ christi. Secūdo orat illumiari ne hūc aduentū expectādo. interim cedat fraudib⁹ inimici ibi. Respice ⁊ exaudi me dñe deus meus. ¶ Uel etiā pōt psalm⁹ iste intelligi vt loquatur de secūdo aduētu xpi. s. de aduētu ad iudiciū. in psona modernoꝝ sanctoꝝ. Nā sicut antiqui pres pmū desiderabant aduentū. sic mō sancti ⁊ pfecti cupiūt scdm. Iuxta illud. Cupio dissolui et esse cū xpo

D Ixit insipiēs. Titul⁹ In finē psalmus dauid. Facies dei. i. christus quā in pcedēti psalmo ppheta desiderabat videre. hic ostēdit venisse. ⁊ a iudeis ɔtempta fore. Ideo ppheta in psona sua vel xpi increpat insipientiā ⁊ duriciā eoꝝ qui xpo psenti. quē optauerūt nō credunt. Primo ḡ eoꝝ malicia describitur ⁊ increpat. Secundo eis iudiciū cōminat. Nōne cognoscēt. Tertio eoꝝ ɔuersio pdicitur. Quis dabit ex syon.

D Omine q̄s habitabit. Titul⁹. psalmus dauid. Psalm⁹ iste pprie ē morum instructio ⁊ psumptionis repressio. Nā quia in pñti eccia habitāt mali cū bonis. nec hic scire pmittimur q̄ vere sint de vnitate eccie. ideo q̄dā. licet indigni iactāt se esse de eccia. cū tñ nō sint. Illorum ḡ psumptionē retundēs ppha. quasi sacerdos añ ppiciatoriū astans querit q̄ ⁊ in psenti eccie tabernaculo digne do militent. ⁊ in futuro beatitudinis mōte requiescent. Et pmo ponit prophete interrogatio. deinde subdit dñi responsio. ibi. Qui ingreditur

C Onserua me dñe. Titul⁹. Tituli inscriptio ipi dauid. Iste titulus nō de veteri testamēto sed de euāgelio sumit. vbi legit q̄ Pylat⁹ xpo cruci fixo talē titulū supposuit. Ihs nazaren⁹ rex iudeoꝝ. Uñ Hesdras de illi⁹ tituli inscriptōe quā p spūmsanctū futurā puidebat. hūc psalmū post intitulauit. ostēdēs hic agi de regno xpi. illa inscriptōe significato. vt sit sensus. Inscriptio tituli. id est. victoria vel regnū qd̄ tituli inscriptio notauit. attribuit vel ɔuenit dauid. id ē. xpo qui fm hoiem hic loquit. ¶ Est ḡ intētio pphete oēs monere ne regno xpi aut eius titulo regali ɔtradicāt. ¶ Et pmo in psona xpi verā in se naturā hoīs ostendēs. petit se inter picula saluari dicēs. oīa que ptulit ad gliam sue hereditatis esse pducta ¶ Secūdo grās agit patri. de intellectu sibi dato. ⁊ passione ac resurrectōe sua. ibi Bñdicam dñm

E Xaudi dñe. Titul⁹. Oratō dauid Hic psalm⁹ pmus est eoꝝ q̄ nomine orōis intitulātur. Uñ ⁊ aliȷ̄ qtuor sil̄r postulāti sequunt. q2 cū in aliȷ̄s interseratur orō. in istis pene cōtinuat. Hic ergo xps fm hoīem orat. ⁊ sibi corp⁹ suū. i. ecciam associat. q2 eadē voce cū membris suis orat nō p sua vtilitate s3 p nostra necessitate. Christi eñ orō est fideliū institutio. ⁊ ideo orat vt formā orādi nobis ponat. Est ḡ sensus tituli. Oratio psalmi hui⁹ ɔuenit dauid. i. psone xpi adiuncta ecclesia que corp⁹ eius est. ⁊ pmo petit scdm iusticiā retribui sibi. Secūdo ab insidȷ̄s iudeoꝝ liberari. ibi. Ego clamaui. Tertio orat sibi ⁊ aduersarȷ̄s retribui. ibi Exurge dñe

D Iligam te. Titul⁹. In finem puero dñi dauid. q̄ locut⁹ ē dño v̄ba cantici hui⁹. In die q̄ eripuit eum dñs de manu inimicoꝝ ei⁹ ⁊ d̄ manu saul Pro liberatōe a psecutōe saul videtur dauid hūc psalmū cantasse dño. s3 q2 titul⁹ habet in finē ⁊ vocat hūc psalmū canticū finis aūt xpus est. canticū v̄o exultatio de eternis. ideo nō litteralit̄ de dauid solum intelligit. sed mel⁹ spūaliter accipit de toto xpo. s. de capite ⁊ mēbris. quē totū dñs eripuit in die resurrectōis de manu iimicoꝝ suoꝝ. i. iudeoꝝ. ⁊ de manu saul. i. iude pditoris vel dyaboli. ¶ Uñ p hac spūali liberatōe tot⁹ xps deo grās agit. summā diuinoꝝ bñficioꝝ colligēs ¶ Scdo agit de cladib⁹ humani gener̄s añ aduētū xpi. ⁊ qualiter dñs sit misert⁹. ibi. Circūdederunt me. ¶ Tertio agit de v̄tute ac potentia. ibi. De⁹ q̄ pcinxit Quarto eccia leta munera dei laudat ⁊ ī eis exultat. ibi. Uiuit dñs ⁊ bñdict⁹ de⁹ me⁹

C Eli enarrāt. Titul⁹ In finē. psalmus dauid. Psalm⁹ iste agit de pmo aduētu xpi. ⁊ attribuit Dauid respiciēti in finē. i. in xpm. q̄ est finis ɔsūmatiōis. Uel ī finē. i. in tps plenitudinis. quo acta sunt q̄ hic tractātur ¶ Hic ergo monet ppha vt relicta vetustate ad nouū

hoīem accedamꝰ. Et pmo loquēs de īcarnatione xpi cōmendat pdicationē noue legis. ¶ Secūdo laudat pcepta noui testamenti ꝛ veterꝭ. ibi. Lex dn̄i. Tertio vt sit dignꝰ tāta sacramēta referre petit purgari a vicijs. ibi. Delicta qs. ꝛc̄. Cōmendās aūt pdicatiōem noue legis q̄ pdicēt et q̄d ꝛ q̄ discrete ꝛ q̄ mirifice ꝛ q̄ late. In prima pte oñdit p celos q̄ enarrāt glīam. xpi aplos intelligēs. in qbꝰ tāq̄ in celis deus specialiter habitauit

Exaudiat te. Titulꝰ In finem psalmus dauid. Hic agit pbha d̄ xpo quasi de sacerdote immolaturo et rege pugnaturo. Canēs q̄ ventura erant xpo tpe afflictōis qd̄ fuit vsq̄ ad passionē Deinde in secūda pte ea que futura erant tpe glorie ꝛ ꝯsolatōis. qd̄ fuit post resurrectionem. Ibi Tribuat tibi. Et ea que hic propheta loquitur optando etiā affirmat pbhetando.

Domine in virtute tua Titulꝰ In finem psalmꝰ Dauid. Iste psalmꝰ est vnꝰ eoꝝ q̄ de duabꝰ naturis in xpo agūt. cōtra hereticos q̄ vel psonā diuidunt. vl' naturas nephāda commixtiōe ꝯfundūt. Monet g̃ vt xpm: deū pariter ꝛ hoīem esse credamꝰ ¶ Et primo dirigendo v̄ba deo patri. xpi filij sui meritū ꝛ premiū summatim ponit ¶ Secūdo xpi v̄tutes ꝛ glīam specialiter describit. Ibi. q̄niam pueniisti ¶ Tertio d̄ penis inimicorum suoꝝ agit. Ibi. Inueniat manꝰ tua. Et finaliter xpi exaltatiōem ꝯcludit. Ibi Exaltare dn̄e in v̄tute tua

Deus deꝰ meꝰ Titulꝰ In finē psalmus dauid p assumptōe vl' susceptione matutina seu p cerua matutina. Huiꝰ tituli sensus est. Psalmꝰ iste tendēs in finē. i. in xpum de cuiꝰ passione agit: est Dauid. i. xpi q̄ hic loquit in psona sua. Vel sub psona eccle xpi. s. orātis pro assumptiōe matutina. i. agētis de passiōe vbi orat p resurrectione mane facta. Et h̄ dicit ad similitudinē solis q̄ paulati ascēdendo assumit donec vbiq̄ clarescat. sic xps de passione ad resurrectiōem. et inde in celū ad dexterā patris ascēdit. ꝛ postea misso in aplos spū scto mundū fidei radijs illustrauit. Alij aūt h̄nt p cerua matutina qd̄ idē est s̄m aliā similitudinē. Cerua ei est humana xpi natura. q̄ lutū ꝛ spinas. s. peccatoꝝ trāsilijt. ꝛ mane in glīam resurrectionis quasi i altū est assumpta. Monet g̃ pphēta cōpati passioni xpi vt sue resurrectōi cōregnemꝰ Et pmo pmittit cōquestio de derelictōe ꝛ simul orō ꝯiungit sicut in oībꝰ psalmis de passione. ¶ Secundo passio describit vbi ꝛ p resurrectōne oratur. Ibi. Circūdederūt. ¶ Tertio fructꝰ ꝛ vtilitas passionis oñdit. ibi. Narrabo. ꝛc̄. Christꝰ aūt pmo sub psona veteris hoīs culpe ac pene expositi loq̄ īcipit corpis sui psonā gerens. vel xps in psona loquit capitis verā in eo naturā humanā exprimēs. Vn̄ ꝛ in cruce ait. quare me dereliquisti. psalmū istū de se scriptū esse indicans. Vn̄ multa hic de eiꝰ passione dicunt tā expressa. vt magis videant hystoria euāgelica q̄ pphetica. licet em̄ multa h̄ habeant nō tam ad ipsum q̄ ad eiꝰ mēbra referenda

Dominꝰ regit me. Titulus psalmi dauid. Hic sub figura iudaici populi de captiuitate babilonica reuersi sub Zorobabel. ꝛ ihu sacerdote magno pphēta pdicit reditū fidelis pp'li d̄ babilone huiꝰ seculi p xpum ad domū dei. ꝛ agit de mīa xpi. q̄ fit hec reductio spūalis enumerās decē gratias p q̄s velut per decem māsiones hō ad deū reuertit. Et introducit hic eccia loquēs de xpo p quē velut p sacerdotē magnū fit ista reductio ¶ In singulis versibꝰ singule notāt gratie. nisi q̄ in secūdo ꝛ septimo due pariter ꝯiungunt. Prima g̃ gratia est locꝰ pascue. id est. v̄mo diuinꝰ q̄ saginat meditantes. Secūda est aqua refectōis. i. baptismi q̄ reficiūtur rite suscipiētes Tertia est aīme ꝯuersio p v̄tutis ꝛ bone opatiōis augmētationē. Quarta est deductio sup semitas iusticie. i. sup pcepta p caritatis radicatōnem ꝛ pfectiōez. Quinta ē securitas a malis pp̄ter diuinā assistentiā. Sexta est ꝯsolatio eruditiōis. q̄ fit p virge ꝛ baculi. i. diuine correctōis disciplinā. Septima est mēsa dn̄i. i. dn̄ici corpis ꝯuiuatio. Octaua est spūalis capitis. i. humane mētꝭ impinguatio. s. spūalis leticie repletio. Nona est calix inebriās. i. calix bn̄dictiōis. scʒ xpi sanguis q̄ quasi inebriat. dū vanaruʒ delectationū obliuionē p̄stat Decima est misericordia subsequēs. i. grā ꝯsummās. que ꝛ pueniēdo inspirat. ꝛ mediādo adiu

uat.⁊ finiēdo ad eternā habitatiōꝫ pducē do feliciter collocat

D Omini est terra. Titul⁹ psalmus dauid in pma sabbati. Pria sabbati dr̄ dies pma post sabbatū In qua die mūdus ꝯdit⁹ est.⁊ lux diuisa a tenebris.⁊ eodē die xp̄s depositis mortalitatis tenebris clarificat⁹ est.⁊ hō depulsa peccatoꝝ caligine p xp̄i resurrectiōem restaurat⁹. vt sit sensus tituli. Psalm⁹ iste est dauid q̄ loquit̄ in psona sua vl' eccle. agēs de clarificatōe xp̄i ⁊ hoīs restauratōe. que facta est in pma sabbati.i.in matutino diei dn̄ice. que dies etiā pma fuit in pmordiali reꝝ creatiōe. Monet ḡ pheta victorem xp̄m cū triūpho suscipe. Vn̄ ad similitudinē pconis q̄ post triumphū totā terram clamat esse victoris Primo dicit totum orbē esse dei. vt sicut null⁹ ab ei⁹ imperio. sic nec ab ei⁹ fide sit alien⁹. Secūdo determiat quib⁹ ꝟtutib⁹ pdiui sunt. q̄ i ecclesia ꝑsistunt. Ibi. Quis ascēdet Tertio xp̄iana religione dilatata supstitiosos a prauitate reuocat. vt patefact̄ cordibus xp̄m admittāt. ibi. Attollite portas

A D te dn̄e leuaui. Titul⁹ In finem psalm⁹ dauid. Psalmus iste dirigens nos i finē.i.in xp̄m. attribuit̄ dauid. q̄ loquit̄ in psona eccl'ie iter aduersa seculi grauit̄ afflicte. vel in psona penitētis p flagella correcti. Monēs i aduersis nō murmurare. ſ3 ad deū respicere Et pmo petit doceri vias dn̄i. q2 ad deum p spem erect⁹ est. Secūdo orat p peccat̄ dimittēdis poꝛib⁹ ⁊ p his que quotidie fiūt Ibi Reminiscere. Tertio agit de eternis ōndēs quomodo habeātur. Ibi. Quis ē homo.

I Udica me. Titul⁹. psalm⁹ Dauid Psalmus iste attribuit̄ dauid. id est viro pfecto q̄ hic loq̄t̄. Et monet vitari ꝯsortia iniquoꝝ ⁊ iūgi iustis. q̄a ex ꝯuictu mores formant̄. Et pmo vir iustus dicit se nō habere h pte cū iniq̄s. ⁊ petit ab eis discerni i futuro. Secūdo petit ne malis misceat̄ in iudicio. ibi. Dn̄e dilexi. In h aūt differt pma ps a secūda. q2 in pma pte de iudicio ⁊ multū de innocētia sua agit. in secūda de vtroq3 pene pariter tangit

D Ominus illuminatio. Titulus. In finē psalm⁹ Dauid pusq̄ liniretur. Hic titul⁹ alludit historie libri regum de trina vnctiōe dauid. quaꝝ prima linit⁹ fuit. nō vtiq3 in regē. ſ3 in signū futuri regni. ſ3 duab⁹ extremis q̄ p vna reputātur in regē vnct⁹ est. secūda videlicet vt regnaret sup tribū iuda. tertia ꝟo vt regnaret sup vniuersum israel. ⁊ post pmam vnctionē dauid hostes habuit. post secūdam regnauit i pace. S3 hec figuralit̄ acta sūt vt significaret̄ q̄ q̄libet fidelis q̄ a xp̄o xp̄ianus dr̄. ⁊ a xp̄i chrismate denominatur. ⁊ de ei⁹ plenitudine vnctōis linit̄. Primo iungit̄ in signū futuri regni. dū sp̄ussancti gr̄am in baptismo ⁊ aliis sacramētis pcipit. Secūdo vero in futuro inunget̄ i regem qn̄ libertatē glorie recipiet. ⁊ sicut dauid bis in regē vnct⁹ est. sic vnctio glorificatiōis nostre gemia erit stola corpoꝝ et aīe. ſ3 he due q̄si p vna reputant̄ Sic ḡ psalm⁹ iste dirigēs nos in finē future ꝯsūmationis attribuit̄ dauid.i. cuilib3 fideli agens de eo q̄d est pusq̄ liniret̄ secūda vnctione.i. de eo q̄d est añ pfectā vnctionē regalē. añ quā hostes habet. q2 post pmā vnctionē sacramētalē sub variis hostib⁹ laborat ⁊ gemit. ſ3 post i pace regnās requiescit. vn̄ vt tandē in illo regno gaudeat. h loquit̄ quasi q̄ddā ineffabile se desiderare ōndens. p quo oīa patiēter tolerat Monet ḡ ne q̄s post pmā vnctiōem torpeat. ſ3 ad secundā se diligēter ꝑparādo disponat Et pmo agit de pma vnctiōe p quā certificatur secūda. postea dic̄ q̄s labor ⁊ gemitus sit añ secundā vt finaliter habeat̄. ibi. Exaudi dn̄e

A D te dn̄e clamaui. Titul⁹. psalm⁹ huic dauid. p dauid aliqn̄ intelligit̄ caput.i. xp̄s. aliqn̄ corp⁹. id est. eccia. interdū vtrūq3 simul.i. tot⁹ xp̄s. vbi aūt in titulo addit̄ huic vl' ipi. xp̄s intelligitur. Hic ḡ psalm⁹ attribuit̄ huic dauid. id est. xp̄o. q̄ hic loquit̄. ⁊ est terti⁹ eorū qui agūt breuit̄ de passione xp̄i ⁊ resurrectiōe Monēs eos aduersa tolerare q̄ volūt cū xp̄o regnare. Et pmo ponit̄ orō tpe passionis habita. Secūdo audit⁹ de resurrectione sua gr̄as agit ibi. Bn̄dict⁹ xp̄s Ita q3 ꝯm q̄d hō. se hoīb⁹ iust̄ i exēplū ponit. q̄ licet sup oēs iust⁹ ⁊ dign⁹ sit. nō tn̄ i se cōfidit. ſ3 totū a deo p̄re humilit̄ petit

A Fferte dn̄o. Titul⁹ psalm⁹ dauid in ꝯsūmatione tabernaculi. Lu3

dauid p̄spere regnaret mortuo saule. tulit archā de gabaa et detulit in hierl'm. Qua reducta fecit ei tabernaculū. et obtulit holocausta. Ad qd̄ iuxta l'ram alias hostias offerre hic hortari videt̄. ¶ Sed sp̄ualit̄ poti⁹ de significato tabernaculo. i. de eccl'ia hic agit̄. Sicut em̄ archa a philisteis reducta fuit. cui dauid tabernaculū extēdit sic xp̄s a iure dyaboli eccl'iam reduxit. eiq; dona grē contulit. de cui⁹ p̄fectiōe hic p̄pha loquit̄ q̄ hic tabernaculū dr̄. q2 nūc ī ea contra dyabolū militat̄. queadmodū scd'm futurum dr̄ dom⁹. q2 in ea quiescet̄. ¶ Primo ergo monet p̄pha fideles deo hostias sp̄uales offerre. ¶ Secūdo agit de cōstitutiōe eccl'ie enumerās septē dona sp̄ussancti. ibi. Uox dn̄i. ¶ Tertio dic̄ qd̄ cōstitute fiat ecclesie. ibi. Dn̄s diluuiū. et c̄. ostēdēs quō in diluuio hui⁹ seculi dn̄s fideles suos illesos p̄seruabit

Exaltabo te. Titul⁹ psalm⁹ cātici in dedicatōe dom⁹ Dauid. Nō legit̄ dauid fecisse vl' dedicasse aliquā domū dn̄o. et iō de sp̄uali domo. i. de eccl'ia h̄ accipiendū est. Que ī p̄cedēti psalmo tabernaculū dr̄. hic aūt dom⁹ nominat̄ p̄pter cām ibi exp̄ssam. Supra ḡ egit de cōsūmatione tabernaculi tp̄e belli. Hic autem est psalm⁹ cātici. i. leticie habite. in dedicatione dom⁹ dauid. i. eccl'ie xp̄i. qn̄ in eterna pace manebit. Et loquit̄ hic tot⁹ xp̄s. q2 v̄ba psalmi h⁹ quedā capiti. quedā corpi. q̄dā vtriq; cōueniūt. Et ē psalm⁹ iste de passione xp̄i et resurrectiōe. vt passio nō terreat. q̄s spes resurrectiōis letificat. Primo ḡ agit xp̄s de sua dedicatōe. s. in sua p̄pria p̄sona iā facta in resurrectōe. postea v̄o futura ī domo sua. i. eccl'ia. in finali resurgentiū cōsummatōe. monēs sanctos h̄ sperantes deo laudē referre. Secūdo dicit quō hāc dedicatiōem meruerit. ibi. Ego autē Tertio quō eam acceperit. Ibi. Audiuit dominus

In te dn̄e speraui. Titul⁹ In finē psalm⁹ dauid p extasi. Psalm⁹ iste dirigēs nos in finē. i. in xp̄m est dauid q̄ hic loquit̄ in p̄sona xp̄i vel sua vl' ecclesie. habit⁹ p extasi. i. agēs de excessu mētis. q̄ fit qn̄ mens pauet terrena. Monēs ne q̄s de se p̄sumat s3 de dei mi̇a. Et p̄mo cōtra pauorē p̄mittit̄ spes. et orō cōtra mala cū certitudine liberatōis et gaudio. Secundo enumerat q̄t et q̄nta p̄turbāt cōtra que est orō. ibi. Miserere mei. Tertio dicit q̄ sint bona dei cōtra mala. ibi. Quā magna. Un̄ hui⁹ psalmi v̄ba. quedā capiti. quedā mēbris. q̄dā p̄phete cōueniunt. In hac aūt varietate n̄ mutat̄ vox. s3 caput et mēbra eadē voce vtunt̄ dicēdo. Ego me mihi. qd̄ fit p̄pt̄ vnitatē capit' et corpis xp̄i sc3 et eccl'ie quā facit charitas. Sic lingua oīm mēbroꝝ suscipit vocē. dicens p pede. calcas me. nō dicit calcas pedē. et p manu vulneras me. nō ait manū meā vulneras.

Beati q̄ꝝ. Titul⁹ Intellectus Dauid. Hic est intellect⁹ dauid. i. penitētis. In cui⁹ p̄sona hic loq̄tur. docēs q̄d intelligere debeat q̄ v̄e penitēs est. Et p̄mo dicit initiū boni esse p indulgentiā dei. se v̄o sequente illud viciū hoīz q̄ de opib' gloriant̄ et merita p̄pria iactant fuisse misep̄. s3 p manū dei cōuersum ad verum ītellectū. Ad quē alios deceptos reuocat. in q̄ etiā stātes cōfirmat. Scd'o agit de cōfessione. vn̄ est venia. ibi. Delictū meum. Tertio penitudinē multiplicit̄ cōmēdat. ibi. Pro hac orabit. Quarto ponit̄ letus finis. vbi dr̄ dare de⁹ intellectū. Ibi. Intellectū tibi dabo

Exultate iusti. Titulus In finem psalm⁹ Dauid. Hic p̄pha mi̇ficordiā et potētiā dei cōmēdat et facta ei⁹ enumerat. agēs de opib' creatōis et recreatiōis. vt timeat̄ potētia q̄ creat. et ametur mi̇icordia q̄ recreat. Ad laudē ḡ dei inuitās ōndit. q̄ et quē: quō et q̄re laudare debeāt. Et p̄mo iustos et rectos laudare monet Secūdo beatū dic̄ illū q̄ ad cultū dei p̄uenit. ibi. Beata gēs Tertio q̄d de p̄dictis sentiat subdit. ibi. Aīa n̄ra

Benedicā. Titul⁹ psalm⁹ dauid cū mutauit vultū suū corā abymelech. et dimisit eū et abijt Saul p̄sequēs dauid nūcios misit ad achis regē apud quē cōfugerat dauid vt eū ad se mitteret quē volebat occidere qd̄ p̄sentiēs dauid timuit et se fingēs furiosum vl' fatuū mutato vultu corā rege illū a se abijciens dimisit et sic dauid abijt īcolumis. Hic āt rex q̄ in historia regū vocat̄ achis. vocabatur etiā abymelech q̄ noīe vtit̄ Esdras in h̄ titulo p̄pt̄ significatōz mystici sacri. Dauid em̄ xp̄m et vult⁹ mutatio mutationem veter' sacrificij ī nouū significat. vet⁹ aūt

sacrificiũ dr. vult⁹ q2 in signo volũtatẽ di/
uinã indicat. Abymelech vero interptatur
patris mei regnũ. ⁊ significat iudeos qui
erãt regnũ patris sui. i. dauid. q̃ fm carnẽ
fuit pr xpi. eccia vero est regnũ. nõ illi⁹ pris
carnal'. sed dei pris sui eterni. Mutauit g
vultũ suũ dauid corã abymelech. i. xpus
mutauit vet⁹ sacrificiũ corã iudeis q̃ erãt
regnũ patris sui dauid ĩ nouũ sacrificiuz
quã mutatiõz in cena oñdit in q̃ corp⁹ suũ
⁊ sanguinẽ discipul' in eucharistie sacram
to exhibuit. pter qd abymelech. i. pp's iu
deoꝝ ⁊ illi pcipue rudes ⁊ ignari discipu
li q̃ h sacramẽtũ carnalit intelligẽtes abie
runt retro. xpm dimiserũt ⁊ ipe ab eorum
cordib⁹ abijt. Monet itaq3 psalm⁹ iste ad
nouũ sacrificiũ accedere mẽte nõ pede Et
pmo pheta sũmatim dei laudẽ pmittens
Monet mãsuetos ad idẽ. Secundo ad
cõionem noui sacrificij fideles hortat. ibi
Accedite Tertio incipiẽtes monet a qb⁹
abstineãt. ibi. Venite. Quarto agit de tri
bulatiõe bonoꝝ ⁊ maloꝝ. ibi. Oculi dñi.
Ne in piculis iust⁹ fluctuãs aliq̃ dubieta/
te mollescat nec ĩiust⁹ secur⁹ supbiat

IUdica dñe. Titul⁹ In finez psal
mus dauid. Psalm⁹ iste dirigens
nos ĩ finẽ attribuit ipi dauid. id ẽ.
xpo q̃ hic loquit. nũc in psona sua. nũc ĩ p
sona eccie. Et agit de passione xpi monẽs
vt aduersa ei⁹ exẽplo feram⁹ ¶ Et pmo in
cipit ab orõne p vtraq3 pte pugne orãs. id
est. p se ⁊ aduersarijs cũ ꝯmemoratõe cul
pe eoꝝ ¶ Secũdo pmittẽs de spe boni et
gaudio narrat q3 maligne erga xpm fece/
rint. ibi. Aia aũt. ¶ Tertio de fructu pas/
sionis agit pmittẽs ꝯfessionẽ toti⁹ ecclesie
Et inde pcat cũ cõmemoratõe culpe. con
fusionẽ psecutoꝝ. ⁊ exultatiõem fidelium
Ibi. Cõfitebor

DIxit iniust⁹. Titul⁹ In finẽ seruo
dñi psalm⁹ Dauid. Psalmus iste
agit ꝯ errorẽ dicentiũ oĩa mala eẽ
ex vicio nature ⁊ creatõis nr̃e. bona vero ex
libero arbitrio. ¶ Docet aũt h pp̄ha mala
esse ex nobis. bona esse ex deo p gratiam.
Vñ in titulo recte seru⁹ dñi dr fidelis. q̃ ĩ
hoc psalmo loquit Mala sibi. ⁊ deo bona
attribuẽs. vel xps seru⁹ dñi appellat. quia
vsq3 quaq3 pri obediens. cui etiã vba psal
mi ꝯueniũt. Et pmo asserit mala eẽ ex ho
mine. Secũdo dic bona ex deo esse p mi/
sericordiã. Ibi. Dñe in celo.

NOli emulari. Titul⁹ psalmus Da
uid. Psalmus iste tot⁹ est de corre
ctione moꝝ. ⁊ velut salubre anti/
dotũ ꝯtra illoꝝ errorẽ q̃ murmurãt d flo/
re maloꝝ ⁊ labore bonoꝝ. q̃si oĩa casu agã
tur. docẽs hec inferiora diuina puidentia
gubernari. nõ casu tractari. Et pmo mo
net eccia. in cui⁹ psona loquit pp̄ha ne q̃s
malignantes imitet. s3 q̃cq̃d boni sperat a
dño postulet. a q̃ pfutura ⁊ eterna donat.
Secũdo dicit malos sup bonos inuidia
torq̃ri. ibi. Obseruabit pctor. Tertio tra/
ctat iustũ hic nunq̃3 deseri. pmia bonoꝝ ⁊
penas maloꝝ cõmiscẽs cũ interiectis ad/
hortatiõib⁹. ibi. Junior fui

DOmine ne ĩ furore. Titul⁹ ps. da
uid ĩ rememoratõe sabbati. Psal/
mus iste ẽ Dauid. i. penitẽtis. ha/
bit⁹ ĩ rememoratõe sabbati. i. eterne reqei
quã habere desiderat ⁊ pdere formidat.
Monẽs g ad pniam pmo p penas sũma/
tim dictas captat dei miam. Secũdo po
nit narratio in q̃ multiplicẽ numerat mi/
seriã. ibi Putruerũt. Tertio q2 int tot ma
la sperauit ĩ dño. affirmat se audiẽdũ cuz
emẽdatõis cõmemoratõe. ibi. Qm̃ ĩ te do
mine Quarto ponit exultatiua ꝯclusio d
salute. ibi. Ne derelinq̃s me. Vñ a lachry
mis ⁊ orõe incipiẽs. sic in alijs psalmis pe
nitẽtialib⁹ ĩ exultatõe terminatur. vt certa
spes ex h imitãtib⁹ detur

DIxi custodiã. Titul⁹ In finẽ can/
ticũ dauid p iditũ. Legit in Para
lipomenõ. q2 archa dñi reducta a
philisteis. dauid añ eã ꝯstituit cãtores q̃t
tuor milia ⁊ totidẽ ianitores qb⁹ pfecit fi/
os chore. Cãtorib⁹ vero pposuit ducentos
octoginta ⁊ octo viros inter q̃s fuerunt.
asaph. eman. ethan. ⁊ yditũ. q̃rũ nomina
esdras frequent posuit ĩ titulis tũ p hono
re misterij. tũ pp noim interptatiões. qb⁹
subiectoꝝ psalmoꝝ ĩtellect⁹ pãdunt. Vñ
h⁹ psalmi apit sensus p h nomẽ yditũ. qd
interptat trãsiliẽs eos. s. remanẽtes ĩ seclo
heretesq3 terrenis. de q̃ trãsiliẽte agit hic.
Docet em psalm⁹ iste a dilectiõe seculi ad
legẽ dei ⁊ inde ad eternitatẽ mẽte trãsilire
Et q2 h iocũdũ est mẽti licet g̃ue sit carni
iõ psalm⁹ iste dr canticuz. q2 h fit mẽtio de
eterna beatitudie. Monet aũt h psalmus
trãsilientẽ terrena int blasphemos ⁊ iniq̃s

Da ergo mihi dn̄e hos quos peni/ tentiales psalmos ecclesia tua no minat. ⁊ a penitentib⁹ tibi psallen dos esse predicat. tā digne ac deuote non solnȝ ore sed corde penitēdo psallere. vt p contristationē penitentie salutaris exul/ tationē cōsequi valeam leticie spūalis. vt post salutarē penitentiā tandem p spiritu alē leticiā exultando dicā. Spūs tu⁹ bo/ nus deducet me in terrā rectaȝ. Da mihi dn̄e hoc septenariū penitentiū psalmorū esse remediū ꝯtra septenariuȝ mortalium peccatorū. mihiq₃ esse auxiliū ad septena riū virtutū principaliū. ad septenariū do noꝝ spūaliū. ad septenariū beatitudinuȝ ad septenariū deniq₃ petitionū in oratiōe dn̄ica ꝯtentaꝝ. ¶ Da mihi dn̄e in horum psalmorū meditatione timorē pene. dolo rē culpe. spem venie. amorē cordiaľ mun dicie. desideriū celestis patrie. diffidentiā virtutis ꝓprie. exultationē deniq₃ spūaľ le ticie. De hoc em̄ septenario mentaliū affe ctuū principaliter agiť in hoc septenario deuotorū psalmorū. His septeȝ affectib⁹ quasi septē scale pnie gradib⁹ ad terrā pa trie celestis ascendiť. quo me finaliter de/ duci ⁊ feliciť ascēdere ⁊ tecū habitare pen niterq₃ regnare. tu misericorditer p̄stare digneris Qui viuis ⁊ regnas in secula se culorū Amen.

¶ Explicit liber de septē gradib⁹ scale cō tinens meditationes deuotas sup septeȝ psalmos penitentiales A dn̄o Petro de Aillyaco Cameracensi episcopo.

¶ Incipit tractatus de oratiōe domini/ ca Petri de Aillyaco. ⁊c̄.

Sic ergo ora bitis Mat. vj. Hic docet christus breuē ⁊ debitum modū orandi q̄ vti debēt catholici. Et q₂ sicut dic glosa. nulla oratio magꝭ specialis est q̄ȝ il la q̄ ex ore filij q̄ est veritas ꝓcessit. ideo de oratione tractaturi pmo tractabimus de oratione dn̄ica in speciali. secūdo de ora/ tione aliquas q̄stiones soluemus in gene rali. ¶ Quantū ergo ad primū hec oratō dn̄ica diuiditur in exordiū. tractatū. ⁊ cō clusionē In exordio beniuolentia captať Pater noster ⁊c̄. In tractatu petitiōes or/ dinanť. sanctificeť nomē tuū ⁊c̄. In con/ clusione petitionū cōfirmatio optať. amē ¶ Circa exordiū primo notandū est q̄ȝ in eo dei beniuolētia captať tripliciter. Pri/ mo ex parte rogati. quia pater cui⁹ filij su mus p fidem Jo. j. Secūdo ex pte rogā/ tium. q₂ noster. nobis datus p caritatem Joh. iij. Sed etiā tercio ex pte accessorū q₂ diciť. qui es in celis. id est in sanctis. q̄/ rum auxilio erigimur p spem. Dicam⁹ er go Pater. in quē credim⁹. noster. quē dili gimus. q̄ es in celis de q̄b⁹ speramus.

¶ Secundo notandū est q̄ȝ dei beniuo/ lentiā captamus nō vt ip̄m flectam⁹ cum eius volūtas sit immutabilis. nec vt eius beniuolentiā preueniam⁹. cū ipse sua be/ niuolentia nos p̄ueniat. qm̄ ipse por dile xit nos. vt diciť. j. Joh. iiij. sed vt in nobis ipsis de sua beniuolētia certā fiduciā exci temus. ⁊ hoc fit p̄cipue ex trib⁹ q̄ ī h̄ exor/ dio notanť. ¶ Primo ꝯsiderando ei⁹ ca/ ritatē. qua bonū nostrū vult. q₂ pater.

¶ Secūdo eius largitatē. quia seip̄m no bis dat. ideo dicitur noster. ¶ Tercio ei⁹ maiestatem qua nos iuuare potest. quod notamus cum dicimus. q̄ es in celis.

¶ Tercio notandū q̄ȝ put trahitur ex san ctorū glosis deus diciť pater noster mul/ tis de causis. Primo vt ostendať q̄ȝ ei nō timore seruili sed amore filiali seruire de/ bemus. Secundo vt cum de filiali ado/ ptione cogitamus ei tanq̄ȝ patri filialē af fectum rependamus. Tercio vt ad amo/ rem fraternitatis admoneamur. Naȝ cū

pater noster dicitur. oibus communis esse docet. Ideo nemo dicat pater meus qr hoc pprie christo pvenit q filius est p naturaz. alij aut sunt filij eius solu p adoptionis gratiam. Un ipse dicit. Vado ad patre meu z patre vestru. Meu. scz specialiter p naturam. vestru vo generaliter p gratia. ¶ Quarto dicitur pater noster. vt oibus occasio supbie tollatur. qr no vere psunt dicere pater noster nisi fratres sint. Nullus ergo nobilis aut diues circa minores supbiat. cum eos tanq fratres recognoscit ¶ Quinto in hoc occasio mundicie z innocentie daf. quia caueduz est vnicuiqz a peccati sordib9 ne tanto patre reddaf indignus. ¶ Sexto in hoc populi christiani supra pplm iudaicu excellentia denotaf. quia antiquis vt seruis dicif dns. nobis autem tanq filijs dicif pater. ¶ Septio in hoc nobis impetrandi qd petimus grandis fiducia daf. Quid em negabit filijs q iam dedit vt pater sit. ¶ Quarto notadu est q hec oratio in suo exordio et in omni sui parte breuis est. et hoc fit fm sanctos pter plures ratioes. Primo vt fiducia cito impetradi tribuaf. quia fiducia dat cito annuedi qui breuiter vult rogari. Secundo vt discamus res de quib9 orandu esse instruimur. Non em docet hec orato verba sed res. quia no his solis verb oraf sed etiam alijs. non tame in alio sed in eodem sensu. nam qcunqz a deo orada sunt his verbis breuiter ptinenf. Tertio vt ea de quibus orandu est paucis verbis facilius memorie pmendenf. Quarto vt prudentia ingenioso in paucitate verbo z pfunditate misterio z reru multiplicitate miref. Unde sup illo verbo ysaie Sermone abbreuiatu fecit dominus sup terram. Has duas rones tetigit glosa dices q hunc sermone ita abbreuiauit dns. vt in paucis verbis memoriter capi possit z ita rebus ipleuit. vt nemo sine gratia spiritussancti pcipe possit. ¶ Quinto vt hec oratio que pter sui breuitatem facilit addiscitur z memoriter retinef. etia frequetius dicatur. z sine fastidio sepius repetatatur. Sexto vt eius ignorantia null9 excusef. quia qd ta faciliter scif. no nisi culpabiliter ignoraf. Septimo vt in metis deuotione z no in verbo multiplicatioe virtus oratiois ostendatur. Unde supra Math. vj. dicif. Orantes aut nolite multum loqui sicut ethnici. id est gentiles faciunt. putant em q in multiloqo suo exaudianf. Et hec de exordio huius oratonis sufficiant.

Sanctificef nome tuu. Post exordium sequif tractatus. in quo septem petitiones ordinanf. Et pmo circa eas aliqua sunt pmittenda generaliter. Secundo singule earu sunt exponede specialiter. ¶ Primo ergo notanduz e q hec oratio dnica pfectissima est. quia sicut Aug9. dicit. si recte z pgrueter oram9 nihil aliud dicere possumus q qd in hac oratioe positu est. Quia em oratio nostra est quodamodo psiderij nostri expressiua illa solu recte orado petim9 que recte desiderare valemus. In hac aut oratioe non solu ponunf oia que recte desiderare possumus. sed etia eode ordine petunf q desideranda sunt. z sic hec oratio non solu postulare instituit sed etia nostru affectu ad ordinate desideradu informat. ¶ Pro cuius declaratione secudo notandu est q in ordinato desiderio pmo cadit finis. dein de ordinata in fine. Finis aut noster e deus in que noster affectus tendit dupliciter Uno modo put volum9 gloria dei. Alio mo put volumus frui gloria eius. Primu ptinet ad dilectionem qua deum in seipo diligimus. secundum vo ad dilectionem qua diligimus nos in deo. Ad primum ptinet prima petitio q dicif sanctificef nomen tuu p qua petimus gloria dei. Ad secunduz ptinet secunda petitio. Adueniat regnu tuu. per qua petimus ad gloria ei9 puenire. Et sic iste due petitoes ordinantur ad nostru vltimu fine scz ad beatitudine. Prima ad beatitudine obiectiuam. Secuda ad beatitudine formale. Ad finem aut pdictu ordinat nos seu dirigit aliquid dupl'r. Uno mo p se. alio mo p accidens. Per se quide bonu qd est vtile in fine. Est aut aliqd vtile in fine beatitudis dupliciter. Uno modo directe et principaliter. scz meritu quo beatitudine meremur deo obediedo. z quantu ad hoc petitur. fiat voluntas tua sicut in celo et i terra. Alio modo instrumetaliter z quasi coadiuuando nos ad merendu. z ad hoc ptinet qd dicif. pane nostru quotidianum da nobis hodie. siue hoc intelligif de pa/

ne sacramẽtali. siue de pane corpali. Per accidens aũt ordinamur in beatitudinē p remotionē ꝓhibentis. Tria aũt sunt q̄ nos a beatitudine prohibẽt. Primo q̄dē peccatũ quod directe excludit a regno. et q̄tum ad hoc dicit. dimitte nobis debita nostra. id est peccata. Secũdo ꝓhibꝫ nos ꝛ impedit tentatio que retrahit ab obedientia diuine voluntatis et inclinat ad peccatũ. Ideo petit. ꝛ ne nos inducas in tentationē. Tercio penalitas p̄sens. scꝫ malum pene. q̄d impedit sufficientiā vite. de quo sequit. Sed libera nos a malo.

¶ Tercio notandũ est q̄ sicut patet Lu. xi. ꝛ sicut dicit Aug⁹. in Enchiridion. lucas in oratiõe dñica non petitiones septē sed quinq̄ cõplex⁹ est. Ut em̄ ostendat terciam petitionē duarũ premissaꝝ esse q̄dā modo repetitionē ꝑtermittẽdo eaꝫ hoc facit intelligi. quia scꝫ ad hoc p̄cipue dei voluntas tendit vt eius sanctitatē cognoscamus ꝛ cum ipso regnemus. quod etiā matheus vltio posuit. libera nos a malo Lucas nõ posuit. vt sciat vnusquisq̄ in eo se liberari a malo q̄ nõ infertur in tentationem. Ideo nec lucas diminute. nec Matheus sup̄flue petitiones posuit. si q̄d vn⁹ intellexit alius expressius posuisse vtile reputauit. ¶ Quarto notandũ est q̄ distinctio. ordo. ꝛ sufficientia harũ petitionum breuiter potest sic colligi. Nam iste septeꝫ petitiones omne appetibile ꝛ recte desiderabile ꝯtinẽt. Omne aũt appetibile ē duplex. scꝫ collatio boni ꝛ amotio mali Bonum aũt quod petitur ad ꝯferenduꝫ ē triplex. bonũ celeste scilicet glorie. bonũ spirituale scilicet gratie. bonũ temporale scꝫ nature. ¶ Primũ autē bonum scilicet celeste seu beatificũ est duplex. scꝫ obiectale ꝛ formale. Malum aũt q̄d petitur auferendũ est triplex. scilicꝫ preteritũ. presens ꝛ futuꝝ. Ideo petit vt ꝑteritũ remittat. p̄sens vitetur. futurũ precaueat. Sic ergo quatuor predictis bonis correspõdẽt q̄tuor prime petitiones oratiõis dominice Tribus aũt malis auferendis correspondẽt tres vltime. ¶ Unde licet pri⁹ sit malum amoueri q̄ȝ bonũ conferri. non tamē inconueniẽter ꝑmittunt petitiones q̄ ꝑtinent ad ꝯsequendũ bonũ petitionib⁹ que ꝑtinent ad remouendũ malum. Ratio ē. q̄r ordo petitionũ non correspondet ordini executiõis. sed cum oratio sit interpres desiderij correspondere debet ordini desiderij siue intentionis in quo prius ē finis q̄ȝ ea que sunt ad fineꝫ. ꝛ cõsecutio boni q̄ȝ remotio mali. Et hec de eis generaliter.

¶ Sed postea de singulis haꝝ petitionũ dicendũ est. eas exponẽdo specialiter. Et q̄tum ad tres primas Sciendũ est q̄ intellectu litterali earũdē sicut dicit Augustinus in libro de sermone dñi in monte. cum dicimus. sanctificet nomē tuum. nõ hoc petitur. quasi nomē dei nõ semper sit sanctũ. sed vt sanctum ab omnib⁹ habeat ꝛ hoc ꝑtinet ad di gloriam in omnib⁹ propagandam. ¶ Qꝫ autē dicit. adueniat regnum tuũ. nõ ita dictũ est quasi de⁹ nũc nõ regnet. Si em̄ deus rex nõ esset aut regnum non haberet. q̄d est ergo quod psalmista ait. rex omnis terre deus. Sed ideo illud dictũ est vt ait Aug⁹. vt nobis veniat atq̄ in eo regnem⁹. ꝛ sic ad illud regnũ nostrũ desiderium excitamus. ¶ Qꝫ autē dicitur fiat voluntas tua ꝛc̄. nõ ideo dicitur quasi dei voluntas beneplaciti aliq̄n non fiat vl' impleatur. cũ scriptũ sit om̄is voluntas mea fiet. ysaie. xlvi. sed hoc d̄ voluntate signi intelligitur vt sit sensus. Obediat voluntati tue id est p̄ceptis tuis sicut in celo ꝛ in terra. id est sicut ab angelis ita ab hoĩbus. Nec intelligẽdũ est q̄ sicut sit nota quantitatis. sed qualitatis. scꝫ similitudinis vt similitudinē insinuet. ꝛ nõ eq̄litatem. Et sic erit intellectus q̄ sicut angeli voluntatē di faciunt in celo sic homies eam faciant in terra. et si non ꝭm quantitatem ꝛ qualitatē. tamē ꝭm similitudineꝫ id est si nõ ꝭm illorũ ꝑfectionē tamē ꝭm ꝑfectionis illorũ imitationē Unde he tres petitiones ꝑfecte ꝯplebunt in vita futura alie vo quattuor sunt presenti vite p̄sidia vt dicit Augustinus in Enchiridion.

¶ Est igitur prima petitio. sanctificet nomen tuũ. In qua petimus sanctificatõeꝫ nominis dei. id est gloriā suam. vt scꝫ sanctificet. id est in nobis honoret. scꝫ in ītellectu per veram ꝯgnitionē. in affectu per sanctaꝫ dilectionē. in memoria per firmā inhesionem. Item sanctificet per beniuolentiam in corde. per reuerentiam in ore. per ꝑseuerātiam in opere. Sanctificetur inquam nomen tuũ quod est pater. vt te tanq̄ȝ filij semper honoremus Nomē tuũ

quod est Jesus. vt a te saluatore salutē habeamus. Nomē tuū quod est spūssanct⁹. vt in bono gr̄e semꝑ pseueremus.

Sequit secunda petitio Adueniat regnū tuum. In qua petimus beatitudinē nostrā scilicet regnū glorie. Adueniat id est ad nos veniat regnuꝫ tuū. De quo Math. xxv. Uenite benedicti patris mei pcipite regnū quod vobis paratū est ab origine mundi. Tunc eīm regnabit deus omnino inter nos. nō diabolus. nō mundus. nō carnalis affectus.

Hic aūt est aduertendū ꝙ regnū dei q̄druplex est. scꝫ sacre scripture. de quo dicit christ⁹ iudeis. Auferet a vobis regnuꝫ dei Math. xxi. Secundo regnū diuīe gr̄e Luce. xvij. Regnum dei intra vos est. Tercio regnū vniuersalis ecclesie. De q̄ Math. xiij. Colligent de regno eius omnia scandala. Quarto regnū celestis glorie. Math. vj. Primū querite regnuꝫ dei ꝛc. Et ſm hoc quadrupliciter pōt exponi adueniat. id est ad nos veniat regnū tuū. scilicet sacre scripture ꝑ veram cognitionem. vt destruat regnū erroris ꝛ ignorantie. Regnū scilicꝫ gratie diuine ꝑ spūalem inhabitationē. vt destruat regnū peccati ꝛ malicie. Regnū tuuꝫ. scilicꝫ vniuersalis eclesie ꝑ christiane fidei declarationē ꝛ exaltationē. vt destruat regnū antixpi ꝛ false synagoge. Regnum tuū scilicet celestis glorie. ꝑ eternaꝫ pmiationē. vt destruat regnum p̄sentis ꝛ future miserie.

Sequitur tercia petitio Fiat volūtas tua. In qua petimus donū gratie quia ꝑ gratiam fit voluntas dei in nobis ꝛ a nobis. Licet eīm voluntas dei semꝑ fiat. tamen ꝑ gratiam fit ꝙ voluntas p̄ceptoruꝫ suoꝝ a libertate nostra impleatur. Fiat ğ voluntas tua in peccatorū ꝯuersione per opus penitētie. In ꝯuersoꝝ sanctificatione ꝑ munus gratie. In sanctificatoꝝ saluatione ꝑ bonum pseuerantie. In saluatorū ꝑpetua clarificatione per donū glorie. Fiat inquā sicut in celo ꝛ in terra. quod quadrupliciter exponitur. scꝫ. sicut in angelis sic in hominib⁹. sicut in iustꝭ ita in peccatorib⁹. sicut in christo ita in ecclesia. ꝛ sicut in synderesi id est in portiōe superiori rationis. sic in inferiori portōe sensualitatis. Declarationē aūt istoꝝ ꝑ ꝯcordantias scripturarū trāseo cā breuitatis.

Sequitur quarta petitio. Panē nostꝝ ꝛc. In qua petitis illis que ad beatitudinem ꝑtinent directe ꝛ pncipaliter. consequenter illud petimus quod ad eā ꝑtinet instrumentaliter. Ubi primo notāduꝫ est ꝙ hoc ad litterā potest dupliciter exponi. Uno modo de pane sacramētali. cui⁹ quotidianus vsus cum debitis ꝯditionibus proficit homini. Unde ipsum paneꝫ nostrū quotidianū dicimus. licet in euangelio Matthei scriptū sit supsubstātialē. id est p̄cipuū vt exponit Hieronymus. ꝑ quod intelligimus eukaristiā. quod est p̄cipuū sacramentū. vnde ꝛ in ipso oīa alia sacramenta subintelligunt. Alio mō pōt exponi de pane corporali. vt etiā ꝑ paneꝫ intelligatur oīs sufficientia victus. sic dicit Augustin⁹. quem supsubstantialē dicimus. id est supadditū ad substātie sustētationem. Lucas ṽo dicit quotidianū. id est nō annuū. vel a decem annis ꝓuisū vel in horreis reseruatuꝫ. Ideo ipm petimus hodie id est in p̄senti quia nescimus si ad crastinū ꝑueniamus. Unde per hoc inordinata sollicitudo excluditur et superfluitas condemnat. quia solum qđ est nature necessariū ꝛ ꝯueniēs petitur. iuxta illud ecclesiastici. xxix. Initiū vite hominis aqua ꝛ panis.

Secundo notanduꝫ est ꝙ dicimus panē nostrū. ꝛ da nobis quadruplici ratione. Primo vt nemo sibi tēporalia appropriet. Unde Cris. Omnia inquit que nobis dat deus. nō solum nobis dat sed alijs ꝑ nos. vt d̄ eo quod accepimus ꝑ nos partem impotētibus faciamus. Secundo vt nemo aliena vsurpet. Unde idē Cris. Qui de iusticia panē acquisitum mādūcat. panē suum mādūcat. qui aūt cum peccato. alienum.

Tertio vt nemo pro se solū sed etiā pro alijs oret Unde Cypanus libro de oratiōe dn̄ica. Ideo inquit nō dicimus pater meus sed noster. nec da mihi sed da nobis. qꝛ vnitatis magister noluit p̄uatim p̄cem fieri vt scꝫ quis tm̄ pro se precet. Unū eīm ꝑ omnibus orare voluit. quō in vno omnes ipse portauit. Quarto dicim⁹ da vt nemo de se p̄sumat quasi sine deo. vel paneꝫ vel aliquid minimū habere posset. Unde psal. Qui dat escaꝫ omni carni.

Tercio notandū est. ꝙ extendendo istam petitioneꝫ ad sensum misticū vl' moralem. ipsam de

quintuplici pane possumus exponere. vt dicamus da panem penitẽtie ad releuatõnem languoris. iuxta illud psalmi. Surgite postq̃ sederitis q̃ manducatis panez doloris. Secũdo panem intelligẽtie cõtra famẽ errorũ. De quo pane Ecclesiastici. xv. Cibauit illũ pane sapientie ⁊ intellectus. Tercio panẽ eukaristie ad impinguationẽ amoris. quẽ panem xp̃us in memoriaz sue amarosе passiõis suis tradidit discipulis. Quotienscũq̧ inquit manducabitis panẽ hunc mortẽ dñi annũciabitis donec veniat. Quarto panẽ glorie ad delectationẽ saporis. De quo scribit. Panẽ angelorũ manducauit hõ. Quinto ad litterã panẽ nature. ad sustentationẽ indigentie naturalis seu ad ꝯfortationẽ naturalis vigoris. et de isto pane dicit hic. Et sic habebimus quinq̧ panes q̃bus saciauit dñs q̃nq̧ milia hominũ Joh. vj. capi. ¶ Quarto moraliter notandũ est. ꝙ licet ad deũ ptineat panẽ nobis dare. ꝓpter qđ petimus panem nostrũ quotidianum da nobis ⁊c. tamẽ ad hoĩes ptinet ip̃m dispẽsare. videlicet panẽ corporalẽ dispensant filijs suis patres carnales. spũalem ṽo dispensare debẽt spũales scȝ prelati ⁊ doctores. Sed iam querit inter dispensatores vt fidelis q̃s inueniat. Quis em̃ est his tẽporibus fidelis seruus ⁊ prudens quẽ cõstituit dominus sup familiã suã. vt det illis cibum in tempore fideliter ⁊ prudẽter. Fideliter q̃tum ptinet ad deũ. prudẽter q̃tum ad homines. Fideliter q̃tuȝ ad deum. vt scȝ cum tanta fide. tãto timore. tanta instantia. tãta diligentia quantũ sibi cõmissũm est verbũ dei dispenset. Prudẽter ṽo q̃tum ad homines. vt ẜm capacitateȝ vniuscuiusq̧ singl'os erudiat ⁊ spũaliter nutriat. Jdeo oremus deuote. Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie Panẽ scȝ nõ solũ corpalem. sed spũalem. vt inspires p̄latis ⁊ doctoribus ecclesie tue. vt veritatem tuã nobis studeant fideliter ⁊ prudẽter dispensare. Et si illi nobis panẽ istum frangere negligant aut ꝯtemnant. tu ipse da nobis ⁊ pasce nos p occultam spũssancti inspirationẽ. vt intus per te capiamus panem. quo exterius fraudamur p ipsoꝝ taciturnitatẽ. alioquin moriunt ⁊ fame pereunt paruuli ecclesie tue filij. quia nõ est q̃ frangat eis panem fidei ⁊ spũaliter eos reficiat verbo dei. Tu ergo pater clementissime panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. ¶ Sequitur. Et dimitte nobis debita nostra. Ubi post petitiones boni conferendi sequunt petitiones mali auferendi Et primo ponitur quinta petitio ꝓ amotione mali preteriti scilicȝ preterite culpe. Ubi p̃mo notandũ est ꝙa beatitudine cõsequẽda prohibet nos triplex malũ. Primo peccatũ iam cõmissum. Secũdo peccatũ de proximo cõmittendũ. Tercio malum p̃sens ad peccatum inclinatiuũ. ¶ Primũ ergo petimus amoueri dicẽdo dimitte nobis. i. peccatoribus. quia si dicimus quoniã peccatũ nõ habemus. nos ipsos seducimus. et veritas in nobis nõ ẽ vt dicit scriptura. Jdeo om̃es dicere possumus dimitte nobis debita nostra id est peccata cõmissa. ⁊ q̃tum ad culpam ⁊ q̃tum ad penam. quia aliter nõ possum⁹ ingredi beatitudinẽ eternam. Quia ṽo nobis est regula imposita ꝙ si nos volumus nobis dimitti peccatũ nostrũ. nos etiam debemus dimittere ꝓximo nostro peccatuȝ in nos ꝯmissum. Jdeo subdit. sicut ⁊ nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Un̄ post hanc dñicam orationẽ statim posuit christus huius dicti rationẽ dicens. Si eniȝ dimiseritis ⁊c. ¶ Ubi secundo notandũ est. ꝙ ista dimissio potest intelligi dupliciter Uno mõ q̃tum ad offensam. ⁊ hoc est necessitatis. q: tenemur om̃es diligere ex caritate. Alio modo q̃tum ad iniuriã. ⁊ h̄ non est necessitatis sed superogationis. sicut em̃ pecuniã ablatã non tenet quis auferenti dimittere. sed eã potest licite repetere. sic iniuria sibi illata potest recõpensationẽ p emendam petere ẜm ordinẽ iusticie. ¶ Tercio moraliter notandũ est ꝙ dimittere alteri peccata est magni meriti apud deũ. quia certa fiducia datur dimittenti ꝙ etiã peccata sua dimittent ei. Un̄ dicit xp̃s. Si em̃ dimiseritis hoĩb⁹ peccata eoꝝ. dimittet ⁊ vobis p̄r vester celestis peccata vr̃a. Si aũt nõ dimiseritis hoĩb⁹ nec p̄r vr̃ dimittet vobis peccata vestra. Ubi glosa. Hoc inq̃t ĩ fine ꝯcludit vt certũ sit nobis q̃d in oratiõe ꝓmiserim⁹. neq̧ aliud exigit iudex quẽ rogamus. nisi vt tales simus fratrib⁹ q̃lem nobis eũ exposcimus. ⁊ q̃ hoc nõ facit dupliciter reus est. ¶ Primo. quia peccauit ⁊ debet. deinde

quia monitus a iudice fratri nõ indulget Et ideo multis timenda ⁊ multis piculosa est ista sententia. qui scʒ p longã odiorũ malignitatẽ ⁊ odiosam maliciaʒ indurati illos qui p aliquã iniuriã eis facti sunt debitores. modis oĩbꝫ ledere ⁊ ꝯfundere cõcupiscunt. nec p timore dei. nec p pcibus hominũ satisfactionẽ recipe. ac concordiam habere volũt Qui cũ tales sint securi tamẽ ad ecclesiã confluũt ⁊ corã deo dicere psumunt Pater noster. dimitte nob debita nostra sicut ⁊c̃. Ideoqꝫ aduersum se iram dei puocare videnť. qꝛ hoĩbus seruant irã. ⁊ a deo querũt misericordiã. Necesse ergo est vt saltem tunc debitoribꝫ suis dimittãt debita cũ ipsi debitores idulgentiã ab eis sibi postulauerint. sicut dominꝰ seruo suo nequã fecisse legiť queadmodũ scriptũ est. Serue nequã omne debitũ dimisi tibi qm̃ rogasti me Quicunqꝫ aũt rogatꝰ a debitore debitũ cuiuslibet iniurie dimittere ꝯtemnit. in vanũ a domino dimitti sibi debitum peccati sui petit. imo magis peccatũ suũ corã oculis iudicis aggrauat q̃ alleuiet. ¶ Quarto notãdum est ꝙ q̃uis impfectis ꝯcedať sic sua debita posse relinquere vt a debitoribꝫ de indulgentia rogari debeant et satisfactionẽ de illata sibi iniuria recipe valeant. tamẽ si ꝯtingat nihil horũ fieri. debent omibus modis irã ꝓprij cordis refrenare. ⁊ de semetipsis tenebras odiorũ repellere. memores illius quod scribiť. Ira viri iusticiam dei nõ opať. Sed tñ viroꝝ pfectoꝝ est. ⁊ sine pcibꝫ ⁊ sine satisfactione iniuriarum corde puro ⁊ vultu iocundo suis debitoribꝫ indulgere. insup ⁊ sua tribuere. ⁊ obseqa caritatis exhibere. Prouideat ergo vnusquisqꝫ sibi in hac oratõe dñica vt qualem indulgẽtiã a deo cupit accipe. talem studeat alijs facere. alioqn ꝯsultiꝰ videreť tacendũ q̃ dicendũ. dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribꝫ ⁊c̃. ¶ Sequiť sexta petitio. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. In q̃ petimꝰ amoueri malũ de ꝓxio ꝯmittẽdũ. ⁊ hoc cõtingit qñ sumꝰ positi in gui tẽtatiõe cui pbabiliter timemus succũbere. ⁊ iõ petimꝰ ⁊ ne nos inducas. id induci pmittas in tẽptationẽ. ¶ Ubi pmo notandũ est ꝙ per hoc nõ simplr̃ petimus vt nõ tẽtemur. qa tentari nõ est p se malũ. sed qñqꝫ ad virtutis exercitiuʒ. qñ scʒ viriliter resistiť. ꝓpter quod dicit psal. Proba me dñe ⁊ tenta me Sed petimꝰ ne in tentationẽ inducamur id est ab ipsa vĩcamur. quasi dicamꝰ Et si nos pmittas duci p sensuʒ vt exercitemur nõ tñ pmittas induci p ꝯsensum vt succũbamus. tũc inducimur. i. intus ducimur qñ intꝰ a tentatiõe vincimur. ¶ Secũdo notandũ est ꝙ duplex est tentatio. qdã ad bonũ. alia ad malũ. Prima tentat nos deus. nõ vt de nouo aliqd sciat. nisi impprie loqndo ꝺ scire. eo mõ loqndi q̃ ꝺr scire qꝛ facit alios scire Uñ diciť Deuť. xiij. Tentat vos dñs deus vr̃ vt palã faciat vtruʒ diligatis euʒ. Et de illa intelligiť autoritas psal. supradicta. Et illꝺ Geñ. xxij. Tẽtauit deꝰ abrahã ⁊c̃. Alia ꝟo tentatiõe scʒ ad malũ deus nullũ tentat scʒ p se ⁊ imediate. Uñ diĉ scriptura Deus intẽtator ẽ maloꝝ. vnusquisqꝫ tẽtať a cõcupia sua abstractus et illectus. Ista tñ tentatio sicut ⁊ qlibet alia res est a deo. ¶ Tercio notãdũ est ꝙ tria sunt q̃ nos tentãt ad malũ. s. mũdꝰ. caro ⁊ diabolꝰ Mũdꝰ tẽtat p pspera et aduersa. Caro p carnalia desideria. Diabolꝰ p varia deceptionũ genera. Uñ licet infirmitati hũane sufficeret ad exercitiũ tentatio q̃ est a mũdo ⁊ a carne. tñ hoc nõ sufficit ꝺmonũ malicie. sed vtroqꝫ vtũtur ad hoĩm impugnationẽ. Nec em̃ ipugnatio pcedit ex demonũ malicia q̃ ꝓpter inuidiã pfectũ hoĩm impedire nituť Deus aũt hm̃oĩ ipugnationẽ ⁊ tẽtationẽ permittit. Imo ad eã cãliter ⁊ pncipl'r ꝯcurrit. nõ tñ ad malũ scʒ culpe ordiat. nec tale malũ intẽdit. sʒ ipse q̃ ordĩate nouit vti malis. eã ad bonũ ordiat. Uñ ⁊ ex eiꝰ ordinatiõe hm̃oĩ tẽtatio ad bonũ ⁊ gloriam electoꝝ puenit. qꝛ p tẽtationuʒ victoriã pueniũt ad coronã. sic̃ btũs iacobꝫ testať dicẽs. Btũs vir q̃ suffert tẽtatiõeʒ. qm̃ cũ pbatꝰ fuerit accipiet coronã vite ⁊c̃. Iõ oramꝰ. ⁊ ne nos inducas in tẽtatõeʒ. i. ne nos pmittas tẽtari vltra id qꝺ possumꝰ. sʒ fac cũ tẽtatiõe puentũ. vt p tẽtatiões pbemur nõ reꝓbemur. nec vĩcamur a tẽtatõe mũdi p cupiditatẽ. a tẽtatõe carnis p voluptatẽ a tentatione diaboli per iniqtatem.

¶ Sequitur septima petitio Sed libera nos a malo In qua petimꝰ amoueri malum pñs ad mala predicta. s. ad pctã inclinatiuũ. sicut ẽ fomes pcti q̃ est qdaʒ pena

ex peccato primorū parentū derelicta. ⁊ ꝗ
malū pene ⁊ generaliter omnia mala pre-
sentis vite inquantū possunt nos ad pec-
catū inducere petimus amoueri ⁊ ab eis
liberari. Hec aūt liberatio ſm glosam q̄-
tidie est necessaria dū in malo anime ⁊ cor
poris nunc viuiť sed in fine complebiť qñ
immortales ⁊ impassibiles erim⁹. Et hec
sufficiant de septē petitionib⁹ Amen.

Sequitur tertia ps. scz in qua post
exordiū ⁊ tractatū ponitur cōclu
sio scilicz p̄dictaꝝ petitionū cōfir-
matio. Nam amē est dictio hebraica q̄ la
tina lingua interp̄tať vere ⁊ fideliter et fi-
at. Et sic optamus vt vere fiant omnia q̄
supra fideliter petiuimus. Uñ patet ꝙ li-
cet oratio sit actus intellectus ⁊ rationis.
tamē presupponit actum voluntatis scili-
cet desideriū optatiuū illius quod oratio
petit. Unde cū oratio sit quodāmodo de
siderij interpres. desideriū est causa petē-
di ⁊ orandi. iuxta illud psalmi. Desideriū
paupeꝝ exaudiuit dominus ¶ Sz post
p̄dicta que ad sensum litteralem septē pe
titionū oratōnis dñice posita sunt adhuc
ad sensum misticū vel moralē quedaz bre
uiter sunt notanda. Primo ergo notādū
est ꝙ numerus p̄dictaꝝ petitionū pōt sep
tem virtutibus adaptari. Ita ꝙ sumiť pri
ma scz sanctificetur nomen tuū penes fi-
dem cuius est corda sanctificare. Secun
da adueniat regnū tuū penes spem. cuius
est regnū expectare. Tercia fiat ⁊c. penes
caritatem. cuius est volūtatē dei comple-
re. Quarta panē nostrū ⁊c. penes fortitu
dinē cuius est in aduersis ꝯfortare. Quin
ta dimitte nobis ⁊c. penes iusticiaz cuius
est vnicuiqz ius suū reddere. Sexta ⁊ ne
nos ⁊c. penes prudētiā. cuius est mala fu
tura p̄cauere. Septima. sed libera ⁊c. pe-
nes temperantiā. cuius est a malis presen
tibus abstinere. ¶ Secundo notandum
est ꝙ iste septē petitiones possunt donis ⁊
beatitudinib⁹ ꝯuenienter aptari. Uñ Au
gustin⁹ li. de sermone dñi in mōte eas ap-
tando sic dicit. Si timor dei est quo bea
ti sunt pauperes spū. petamus vt sanctifice
tur in hominibus nomē dei. timore casto
ꝑmanente in seculū seculi. Si pietas est.
qua beati sūt mites. petamus vt adueni-
at regnum eius. vt mitescamus nec ei resi
stamus. Si sciētia est. qua beati sunt qui
lugent. oremus vt fiat voluntas eius. qr
sic nō lugebimus si caro spiritui ꝯsentiat.
Si fortitudo est qua beati sunt qui esuri
unt et sitiunt iusticiā. oremus vt detur no
bis panis quo ad iusticie sacietatē ꝑueni-
amus. Si consiliū est quo beati sunt mi-
sericordes. dimittamus et nobis dimitti
oremus. Si intellectus est quo beati sūt
mundo corde. qm̄ ipsi deum videbūt. ore
mus non induci in tentationē. que ex im-
mundo corde ꝓcedit. Si sapiētia est qua
beati sunt pacifici quoniam filij dei voca
bunť. oremus vt liberemur a malo. qr li-
beratio facit liberos id est filios dei. Sic
igitur vt dicit glosa ꝓcibus laborandū ē
vt dona ꝑcipiamus ex gratia. donis vero
agendū est vt veniamus ad merita ⁊ tunc
beatitudo pro meritis est sperāda ¶ Ter
cio notandū est ꝙ predicte septem petitio
nes contra septem vitia capitalia possunt
aptari. Prima petitio ꝯtra luxuriam. que
non sanctificat sed polluit Secunda con
tra auariciā que nō regnū dei nec diuiti-
as celi sed terre cupit. Tercia contra acci
diam. que voluntatem dei fieri non q̄rit.
sed in ocio nihil facit. Quarta contra gu-
lam. cui panis nō sufficit. Quinta contra
iram. que rancorē nō dimittit. Sexta cō-
tra sup̄biam. que in tentationem inducit
Septima ꝯtra inuidiā que malū alteri⁹
querit. ⁊ de bono alterius sibi male facit.
Et sic patet sufficientia huius orationis.
vt sicut dicit glosa. nihil oīno desit ꝙ hijs
septem petitionib⁹ nō ꝯtineatur. siue ad p̄
sentem siue ad futuram ꝑtineat vitam.

¶ Sed adhuc circa hanc orationē dñi-
cam tria occurrunt dubia. Primū est. qr
hec oratio nō videtur sufficiēs. ex eo ꝙ nō
docet orare ꝓ inimicis. et tamen christus
pro eis orare docuit Mat. v. Orate ꝓ ꝑ-
sequētib⁹ ⁊ calūniātib⁹ vos Et ꝑ ꝯñs hec
oratio nō ꝯtinet omnia de q̄b⁹ est orandū
quare ⁊c. ¶ Pro huius dubij solutōne. p̄
mo notandū est ꝙ non solū pro nobis ora
re debemus. sed etiam pro alijs. iuxta illō
Jaco. v. Orate pro inuicem ⁊c. Et ratio
est. quia illud debem⁹ orādo petere qđ de
bemus desiderare. Sed desiderare debe
mus bona nō solum nobis sed et alijs. qr
hoc ꝑtinet ad rationem caritatis. Unde
Criš. su Mathe. Pro se orare necessitas
cogit. pro altero vero caritas fraternitatis

hortat. Dulcior est autem ante deum oratio non quam necessitas transmittit. sed quam caritas fraternitatis cõmendat.

¶ Secundo notandũ est ꝙ quia sicut dictũ est. orare ꝓ alio caritatis est. ideo quã/tum tenemur aliũ diligere sic ⁊ tantum tenemur ꝓ eo orare. Et ideo quia inimicos diligere in generali est de ꝑcepto. in speciali aũt non est de ꝑcepto nisi ſm ꝑparatione animi. vt scʒ quis sit paratus etiã specialiter inimicũ diligere ⁊ eum iuuare in necessitatis articulo ⁊ si veniã petierit. sed in speciali absolute inimicos diligere et eos iuuare ꝑfectionis est. Sic etiã necessitatis est vt a cõmunibꝫ nostris orationibꝫ quas ꝓ aliis facimus inimicos non excludamꝰ ꝙ aũt specialiter ꝓ eis oremus ꝑfectõnis est non necessitatis. nisi in aliquo casu.

¶ Tercio notandũ est ꝙ in oratõe dñica modo ꝑdicto scilicet in generali ꝓ inimi/cis oramus. qꝛ in ea nõ solũ ꝓ nobis sʒ generaliter ꝓ omnibꝫ aliis petimus. ideo vt supra dictũ est nõ dicimus da mihi. sʒ da nobis. nec dimitte mihi sed dimitte nobis ⁊ ita oramus nõ solũ nobis dimitti peccata nostra. sed etiã omnibꝫ aliis non solum amicis sed etiaʒ debitoribꝫ. id est inimicis nostris. ⁊ sic ꝓ salute omniũ oramꝰ. quare patet responsio ad illud dubium ¶ Sed ex hac responsione oritur secundũ dubium. quia videtur ꝙ nõ debeamus orare ꝓ omnibus. quia ꝓ bonis non oportet orare. cuʒ ipsi pro seipsis orãtes exaudiantur. ⁊ sic frustra pro eis ab aliis oratur. Sʒ ꝓ malis orare ꝓhibemur iuxta illud Hiere. vij. Tu ergo noli orare ꝓ populo isto. et nõ obsistas mihi quia nõ exaudiã te. ⁊c. Similiter in scriptura sacra ꝯtra malos ⁊ ꝑcipue ꝯtra inimicos mlte maledictiões imꝑcantur. iuxta illud psalmi. Conturbentur oẽs inimici mei ⁊c. Igitur ꝓ illis nõ est orandũ. quare ⁊c. ¶ Ad istud dicendũ est ꝙ ꝓ peccatoribus est orandũ vt ꝯuertantur. ⁊ ꝓ iustis vt ꝑseuerent ⁊ proficiant. tamẽ nõ pro omnibus peccatoribꝫ exauditur oratio. sed pro quibusdam. Exauditur enim oratio pro ꝑdestinatis. nõ aũt pro ꝑscitis ad mortem. Unde j. Joh. v. Qui scit fratrẽ suũ peccare pec/catũ non ad mortẽ oret. et dabit ei deꝰ vi/tam. Et subdit. Est aũt peccatũ ad mortẽ non pro illo dico vt oret quis. Sed quia non possumus distinguere ꝑdestinatos a reprobis. ideo nulli in vita ꝑsenti est dene/gandũ orationis suffragiũ. Et sic pro oĩbus generaliter est orandũ. ¶ Secundo dicendũ est ꝙ pro iustis est orandũ triplici ratione. ¶ Primo quia multoꝝ preces facilius exaudiuntur. Unde Ro. xv. sup illud Adiuuetis me in oratiõibꝫ vestris dicit glosa. Unde rogat aplus memores ꝓ se orare. Multi enim minimi dũ cõgregantur vnani/mes fiunt magni. ⁊ multoꝝ ꝑces impossibile est nõ impetrare illud scilicʒ quod est impetrabile. ¶ Secũdo vt cũ multis gratia agatur deo de beneficiis que ꝯfert iustis que etiam in vtilitatẽ multorũ vergũt. vt patet. ij. Coꝝ. j. ¶ Tercio vt maiores nõ non suꝑbiant dũ ꝯsiderant se minorũ suffragiis indigere. ¶ Ultimo dicendũ est ꝙ licet ꝓ malis etiam inimicis sit orandũ tamen in scriptura quandoqʒ eis maledictiones imprecantur. Sed iste quatuor ꝑ/cationes quadrupliciter possunt intelli/gi. Uno modo vt non optando sed ꝑdicẽdo intelligantur. Nam prophete solẽt sub figura imprecantis futura ꝑdicere. vt dicit Augustinus li. de ser. dñi in monte. Se/cundo prout quedam tẽporalia mala peccatoribus quandoqʒ a deo ad eorũ correctionem infliguntur. Tercio quia intelliguntur petere nõ contra ipsos homines. sed contra regnũ peccati. id est non cõtra hominũ naturã sed contra culpam. vt scilicet correctione peccatum destruatur. ⁊ sic etiam licitum est inimicos impugnare et tẽporalia mala eis inferre. Sic etiã san/cti vindictam de inimicis optant ⁊ qrũt. iuxta illđ Apocalypsis. sexto. Usqʒ quo nõ vindicas sanguinẽ nostrũ ⁊c. Unde dicit Au/gustinus ꝙ vindicta martyrũ est vt euer/tatur regnũ peccati. quo regnante tãta ꝑ/pessi sunt. Quarto iste imprecatões fiunt a sanctis conformãdo volũtatẽ suam vo/luntati diuine circa punitionẽ ꝑseueran/tium in peccato. et sic etiam letantur san/cti de vindicta. non ꝓpter seipsaʒ sed pro/pter diuinam iusticiã. Juxta illud psalmi Letabitur iustus cũ viderit vĩdictaʒ. Et sic patet non obstantibꝫ istis qualiter pro oĩ/bus tã bonis quã malis generaliter est orã/dum. ¶ Sed adhuc est tercium dubiũ. quia videtur ꝙ oratio dñica nõ cõueniat oĩbus ex eo. s. ꝙ nõ cõuenit peccatoribus nã in ea dr. dimitte nobis ⁊c. sic ⁊ nos ⁊c.

Hoc aūt peccatores non faciunt. ergo vr mentiunt hoc dicendo. ꝛ sic nō sunt exau ditione digni. imo sic orādo peccāt nouo peccato. Uel si hoc nō dicāt. nō exaudiū tur. qꝛ non seruant formā orandi institu tam a xp̄o. ꝺ qua dicit Crisost. sup. Mat. ꝙ pater libenter nō exaudit orationē quā filius nō dictauit. ❡ Ad hoc dupl'r pt re sponderi. Uno modo ꝙ multi sunt pecca tores q̄ peccata alijs dimittūt. ideo ipi orā tes exaudiunt. Iuxta illud Ecclesiastici. xxviij. Relinq̄ ꝓximo tuo nocēti. ꝛ tūc de p̄cāti tibi peccata soluent. De illis ꝟo pec catoribꝫ qui hoc nō faciūt sed odiū ꝛ ran corem ꝯtra ꝓximuꝫ retinent sicut iracūdi ꝛ inuidi. locū haberet illud qꝺ concludit scꝫ ꝙ oratio dn̄ica nō eis ꝓficit imo nocet sicut supra dictū est. etiā quia mentiendo nouū peccatū ꝯmittūt. saltem dū illā pe titionē dicūt. quare vt supra tactū est. con sultius illā clausulā tacerent. ❡ Alio mō potest dici ꝙ oratio dn̄ica profert ex ꝑso na ꝯmuni totius ecclesie. Et ideo si aliqs nolens dimittere debita ꝓximo dicat ora tionē dn̄icā nō mentit. q̄uis illud qꝺ dic non sit verū q̄ꝫtum ad ꝑsonaꝫ suam. qꝛ est verū q̄ꝫtum ad ecclesiā. Unde nō dicit si cut ego dimitto sed sicut nos dimittimus qꝺ ad pluralitatem ecclesie potest referri qꝛ tamē talis licet sit de ecclesia q̄ꝫtum ad numerū. nō est tn̄ de ecclesia q̄ꝫtum ad me ritum. ideo fructu orationis caret. Et sic patet duplex responsio ad istud dubiū. vl tima tn̄ mitior est q̄ꝫ prima. Et hec suffici ant de oratione dn̄ica

Nunc ꝟo postq̄ꝫ de oratōne dn̄ica dictū est specialiter. cōseq̄nter cir ca materiā de oratione aliq̄ querē da sunt general'r. Unde sicut de oratione put de ea ad dyaleticū ꝑtinet considerare queri solet q̄ qualis ꝛ quanta. sic de orati one put de ea theologus considerat que ri potest q̄ sit eiꝰ diffinitio. qualis sit eiꝰ cō ditio. et quanta sit eius ꝑfectio. et ꝟm hoc tractabunt hic tres q̄stiones p̄ncipales. ❡ Prima de orationis quidditate ꝛ eius diffinitione. ❡ Secūda de eius qualita te ꝛ eius conditiōe. ❡ Tercia de ipsiꝰ q̄n titate ꝛ eiꝰ ꝑfectiōe. ❡ De prima.

Quantū ergo ad primuꝫ p̄ncipale in quo videndū est de orationis q̄ddi tate ꝛ diffinitione. querit Utrū bene diffi niat oratio. dicendo ꝙ est petitio decenti um a deo. Et videt ꝙ non. Primo qꝛ peti tio fit alicui vt ei intimemus illud quo in digemus. vel vt ipsius animū flectamꝰ ad illud faciendū quod petimus. Sed neu trū istoꝝ cadit in deo. quia sine nostra in timatiōe scit oīa quibus indigemus. Nā sicut dicit Math. vj. scit em̄ pater vester. quia his indigetis. Quia etiā animꝰ di ē imutabilis. nec vlla nostra actōne flectit. sicut patet. j. Coꝝ. xv. Igit ꝛc. ❡ Secun do. quia ꝟm hanc diffinitionē solus deus esset orandus. hoc tn̄ est falsum. qꝛ non so lū a deo sed etiā a sanctis in orationibꝫ no stris decentia petimus. ❡ Tercio. qꝛ hec diffinitio non ꝯuenit oībꝫ oratōis ꝑtibus. Nam ꝟm apl'm. j. Thi. ij. Tres sunt ora tionis ꝑtes. scꝫ obsecratiōes. postulatōes ꝛ grāꝝ actiones. Sola aūt postulatio no mine petitiōis significat. quare ꝛc. ❡ Op positū patet ꝑ Damascenū li. iij. qui dicit ꝙ oratio est petitio decentiū a deo.

❡ Iuxta materiā triū argumētoꝝ an̄ op positū. tria sunt hic p̄ncipaliter ꝯsideran da. Quantū ad primū Primo notādū est ꝙ triplex fuit circa orationē antiquoꝝ er ror. Unus ꝙ res humane non regunt di uina ꝓuidentia. ex quo sequit ꝙ vanū sit deū orare. Secūdus fuit ꝙ oīa etiā in re bus humanis ex necessitate eueniūt. siue ex immutabilitate diuine prouidētie. siue ex necessitate influentie stellaꝝ. siue ex cō uentione ꝛ ꝯnexiōe cāꝝ. et ꝟm hoc etiā ex cludit oratiōis vtilitas. Terciꝰ error fuit ꝙ qꝛ res humane diuīa ꝓuidentia regun tur. nec tn̄ ꝺ necessitate eueniūt. Iō opor tet dicere diuinā ꝓuidētiā mutabilē ꝛ va riabilē esse. ꝛ ꝙ oratiōibꝫ ꝛ alijs q̄ ad diui nū cultū ꝑtinent dispositio diuine ꝓuidē tie imutatur. Presupposito ergo ꝙ hec fal sa sunt ꝛ fidei christiane aduersa. oportet sic oratiōis vtilitateꝫ saluare. vt neqꝫ rebꝫ humanis diuine dispositioni subiectꝭ ne cessitas imponat. nec etiā diuina ꝓuiden tia mutabilis aut variabilis estimetur

❡ Pro quo secundo notandum est ꝙ ex diuina prouidentia non solum disponi tur qui effectus fiant. sed etiam ex quibꝫ causis et quo ordine proueniant. Inter alias autem causas actus humani sunt q̄ rundam effectuum cause. ❡ Unde opor tet homīes aliqua agere. sicut deuꝫ orare

vel adorare. nō vt p tales actus diuinā dispositionē immutēt. sed vt p hmōi act⁹ impleant quosdā effectus ſm ordinē a dō dispositū. Et ideo patet q nō ppter hoc oramus seu a deo aliqd petimus vt diuinam dispositionē immutemus. vl' eius animū flectamus. sed vt illud impetremus. et nostris oratōnibꝫ mereamur qđ deus disposuit p oratiōes esse implendū. vt scꝫ hoīes postulando mereant accipe qđ eis oīpotens deus añ secula disposuit donare. sic dicit Grego. libro pmo dyalogorum.

¶ Tercio notandū q deo orationes et petitiones nostras non ideo porrigim⁹ vt ei nostras indigētias vl' desideria manifestemus. sed vt nosipsi considerem⁹ in his ad diuinū auxiliū esse recurrendū. nā de⁹ scit qđ nobis sit vtile. qđ qñqꝫ et sepius ignoramus Et ideo sicut refert Ualerius maximus. Socrates nihil vltra petēdū a dijs immortalibꝫ arbitrabat qꝫ vt bona tribuerent: qꝛ hij scirent qđ vnicuiqꝫ esset vtile Nos aūt plerūqꝫ id votis expetim⁹ qđ nō impetrasse melius foret. Hec aūt snīa socratis vera est qꝫtū ad illa bona q pñt malum euentū habere. qbꝫ etiā homo pt bñ et male vti. sicut sunt diuitie. de qbꝫ ibidem dicit. q multis exitio fuerunt honores q plures pessundederūt. regna quoꝝ exitus sepe miserabiles cernunt. splēdida coniugia q nonnunqꝫ fundit⁹ domos euertunt et ita de similibꝫ Sed tñ sunt quedā bona qbus homo male vti nō potest. q etiā malū euentū habere nō pñt. hec aūt sunt illa qbꝫ beatificamur. et qbꝫ beatitudinē mereamur. et ista absolute petere possum⁹. iuxta illud psal. Ostende faciē tuā et salui erim⁹ Et iterū. Deduc me in semitā mādatorū tuoꝝ. Nam ista petēdo q ad salutē nostrā ptinent scimus nos volūtatē nostrā ꝯformare volūtati diuine. Que sicut dic apostolus. j. Thi. ij. Uult oēs hoīes saluos fieri. Alia aūt bona nō debemus petere absolute. sed solū ꝯditionaliter. sub ꝯditōne scilicꝫ diuine volūtatis et inqꝫtuꝫ sunt vtilia ad salutem Sola ergo talis petitio debet dici petitio decentiū. et talis est oratio omnis aūt alia magis est execratio. Et sic patet qualiter oratio est petitio qua de⁹. s. honorat. et ppter quid est petitio. quia non vt deus de nostris indigētijs instruat vel vt eius animus flectat. sed vt illud qđ nobis dare disposuit nostris petitionibꝫ impetret. et etiā patet quorū sit petitio scilicꝫ decentiū. id est illorū in quibꝫ nostra sal⁹ cōsistit. vel per q pcurat et acquirit. Et sic patet responsio ad primū. ¶ Quantū ad secundū in quo videndū est a quo fiat huiusmodi petitio. scꝫ vtrum a solo deo. et videt q sic. qꝛ frustra porrigit oratio ad euꝫ q orationē nō ꝯgnoscit. sed soli⁹ dei ē orationē cognoscere. tum quia plerūqꝫ oratō magis agitur interiori actu quē solus deus cognoscit qꝫ voce Juxta illud. j. Coꝝ. xiiij. Orabo spiritu orabo et mente. Tum etiam qꝛ vt dicit Augusti. in libro de cura p mortuis agenda. nesciūt mortui etiā sancti quid agant viui. etiā coꝝ filij. Igit etc. Sed oppositū seruat ecclesia que sanctos orat. Igit etc. ¶ Ad hoc breuiter dicendū est q oratio porrigit alicui dupliciter Uno modo quasi p ipsum implēda. Alio modo tanqꝫ p ipm impetranda. Primo mō soli deo orationeꝫ porrigimus. qꝛ omnes orationes nostre ordinari debent ad gratiā et gloriā cōsequendā. que solus deus dat. Juxta illud psal. Gratiā et gloriam dabit dominus. Sed secūdo modo orationē porrigimus sanctis hominibꝫ et angelis. non scilicet vt per eos deus nostras petitōes cognoscat. sicut posuit apuleius in libro suo de deo socratꝭ. sed vt eorum precibus et meritis orationes nostre sortiant effectum Ideo dicitur Apocali. viij. Ascendit fumus aromatū id est orationes sanctorū de manu angeli coram domino. ¶ Ad argumentū autē in oppositum dicendū est q mortui ea que in h mūdo agunt non cognoscunt naturaliter et precipue interiores motus cordis. sed vt dicit Gregorius. xij. moral. beatis in verbo manifestatur illud quod decet eos cognoscere de his q circa nos agunt. maxime autē eorum excellentiā decet vt ꝯgnoscant petitiones ad eos factas vl' voce vl' corde. Et ideo sanctos adhuc viuētes vl' in purgatorio existētes nō oramus. qꝛ nōdū fruunt visione verbi. vt possint ꝯgnoscere ea q cogitam⁹ vel dicimus. sed beatꝭ oratōes nostras porrigim⁹. tamē soli deo petitionē facimus qꝫtum ad finē oratiōis principalem. scilicet vt impleatur qđ petimus. et sic intelligit damascen⁹ q oratio ē petitio decētiū a deo. Et hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium in quo videndū de tribus orationis ptibus que sunt fm apl'm obsecratões. postulationes et gratiarū acti ones Sciendū est q ad oratione tria req runtur. quorū primū est vt orans spūaliter ascēdat ad deum quē orat. quod signi ficatur noīe oratiōis. quia oratio fm Da mascenū est ascensus intellectus in deum ¶ Secūdo requirit petitio. que significa tur nomie postulationis siue supplicatōis ¶ Tercio reqritur ratio impetrādi qd pe titur. et hoc vel ex parte dī a quo petit. vel ex parte illius qui petit. Rō aūt impetran di ex parte dei est eius sanctitas pter quā petimus exaudiri. iuxta illud Daniel. ix. Propter temetipsum inclina deus meus aurē tuā. Et ad hoc ptinet obsecratio q est per sacra contestatio. sicut cū dicimus per incarnationē tuā libera nos domine. ¶ Ratio aūt impetrandi ex parte petētis est gratiarūactio. quia de acceptis benefi cijs gratias agendo meremur accipe po tiora. Et ideo dicit glosa. j. Thi. ij. q i mis sa obsecrationes sunt que pcedunt conse cratione. in quibus qdam sacra commemoran tur. Orationes aūt sunt in ipsa cōsecratō ne in qua mēs debet maxie eleuari in deū Postulationes vo sunt in sequentibus peti tionibus. sed grarūactiones sunt in fine. ¶ Ex his ergo patet q obsecrationes. po stulationes et grarūactiones. nō sunt orati onis ptes subiectiue. ideo non oportet q diffinitio oratiōis conueniat cuilibet ha rū ptium. Sed sunt ptes integrales ex q bus componit oratio pfectissime sumpta tñ oratio pncipaliter consistit in ipsa postu latione seu petitione. ideo bene diffinit q est petitio decentiū a deo. sicut patet ex di ctis. Et sic apparet responsio ad terciū ar gumentū. Et hec de prima pncipali que stione.

¶ De secundo pncipali.

Quantū ad secundū principale in quo videndū est de orationis qli tate et eius cōditione. Sciendum est q ad debitam et deo acceptā orationē quatuor conditiones reqrunt. Primo q sit discreta in intentione. Secundo q sit de uota in affectōe. Tercio q sit sancta i opa tione. Quarto q sit certa in expectatione. ¶ Prima ergo conditio ad debitam oratio nē requisita est. q sit discreta in intentiōe. Est aūt in intentione discretio si ad debi tum finem sc3 ad beatitudinē ordinetur. Aliter aūt est indiscreta oratio. et de tali di citur Ja. iiij. Petitis et non accipitis eo q male petatis. Unde quia talē indiscretā petitionē fecit mater filiorū zebedei. ideo habuerunt repulsam. dicēte deo. Nescitis qd petatis et c. Mat. xx. ¶ Iuxta qd queri potest Utrū in oratōe bona tpalia discre te possimus petere. et videt q nō. qz illa q rimus q orando petimus. sed tpalia non debemus qrere. iuxta illud Mat. vj. Pri mū querite regnū dei et iusticiā ei9. et hec oīa adijcient vobis. s. tpalia. Ubi sola spi ritualia dicit esse qrēda. tpalia vo adijciē da nō querēti. Ibidē etiā phibet sollicitu dinē tpaliū dicens Nolite solliciti esse qd manducetis. ergo p tpalibus habendis non est orandū. ¶ Sed oppositū patet. quia p tpalibus orabat sapiēs Prouer. xxx. Diuici as et paupptatē et c. s3 tm victui meo tribue necessaria. ¶ Ad hoc ergo respōdendū ē. q sicut dicit Augustinus. orādo deū hoc licet orare qd licet desiderare. Licitū ē aūt desiderare tpalia non qdem pncipalit q si in eis finem constituamus. sed tanq qdam instrumēta quibus ad consequendū beatitu dinē adiuuamur. inqtū sc3 p ea vita cor poralis adiuuat et sustentat. et inqtū no bis ad actus virtutū deseruiūt. et isto mō discrete oramus p tēporalibus. Unde Au gustinus dicit Sufficientiā vite nō inde center vult. quisquis eā vult et nō ampli9 que quidē nō appetitur pter seipsam sed pter salutē corporū et congruentē habitum psone hoīs vt nō sit incōueniens eis cum quibus viuēdū est. Ista ergo cū habent vt teneant. cū nō habent vt habeant orādū est. Ad argumentū dicendū est q tempo ralia nō sunt querēda principaliter sed se cundario Unde Aug9. libro de sermone domini in monte. Cū dixit illud. sc3 pmo qrendū est regnū dei. significauit. qz hoc scilicet tpale bonū posterius querendum est. non tpe sed dignitate. Illud tanq bo nū nostrū. hoc tanq necessariū nostrum. Nec ibidē simplr phibet oīs sollicitudo rerū tpalium. sed supflua et inordinata. de qua dicit apl's. Nihil solliciti sitis in ora tione. Phil. iiij. quare et c. ¶ Secunda cō ditio ad debitam orationē requisita est. q sit deuota in affectiōe. Est aūt in affectiōe

Potentiam in brachio suo fecit. quia per humanitatē filij sui diabolum vicit. Brachiū em̄ eius. filius est eius. ꝺ quo ysaias ait. Brachiū dn̄i cui reuelatū est. Fecit ḡ potentiam fecit ⁊ infirmitatē. in hoc brachio suo id est in filio suo. Sed ⁊ ipsa īfirmitas id est assumpta hūanitas potentia fuit. quia per illam diabolum subiugauit et hominē ab eius sugba potestate eripuit. Unde bene subdit Dispersit superbos mente cordis sui. Mente cordis sui id est ꝓfundo ꝯsilio diuini secreti sui. quo ꝓbuz suum per assumptā humanitatem in hūc mundū misit. dispersit sugbos. Sugbos videlicet aeris potestates. ⁊ diabolice sugbie membra. sicut iudeos scribas ⁊ phariseos. aliosq̧ in sugba infidelitate manētes dispersit eos. dum per potentiā verbi sui eiusq̧ sapientiā eorū fallacias dissipauit. De hijs ergo sugbis alijsq̧ similibus conuenienter subiūgit Deposuit potētes ꝺ sede ⁊ exaltauit humiles. Primo quidē potētes de sede deposuit. qꝛ malignos demones a cordibus hominū in quibꝫ tanq̄ in sue potestatis sede residebāt abiecit. ⁊ humiles superexaltauit. ipsos videlicz homines quos prius sub demonis potestate ꝑpter sugbiam abiecerat humiliatos reparauit. Deinde ipsius ꝺmonis mēbra q̄ humilem christi aduentū sugbe ꝯtempserunt. siue iudei fuerunt siue alij infideles a gratia sua in qua ex suis meritis stare ꝑsumebant exclusit. ⁊ humiles nō de sua sꝫ de christi misericordia confidētes exaltauit. ¶ O profundum consiliū mētis cordis sui. O archanū mysterium diuini secreti. de quo cum apostolo exclamare cogimur. O altitudo diuitiarū sapientie et scientie dei q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius. ⁊ inuestigabiles vie eius. Cuius eius. Eius videlicet diuini verbi. quod ꝺ virgine caro factuz. ineffabili modo redemit genus humanū. ⁊ a superbis eius aduersarijs potenti brachio suo eripuit redemptum. ereptūq̧ ac humiliatū mirabiliter sublimauit. Hui⁹ ergo profundi cōsilij secretaria. huius secreti diuini cōscia virgo beata ꝓphetauit dicens. dispsit sugbos. Et ꝓpter ꝓphetie certitudinē de futuro ꝑ modū preteriti loquens subdit. Deposuit potentes de sede et exaltauit humiles. ¶ Hec nanq̧ ꝓphetia in eo qꝺ dictuz est dispersit sugbos et deposuit potentes de sede. ad litterā specialiter impleta est in dispersione ⁊ deiectione sugborū iudeoꝝ qui post passionē christi per Tytū ⁊ Uespasianū factam esse legimus. impleturq̧ quotidie in vili seruitute. seruiliq̧ captiuitate quā eos ꝑ orbem dispersos pati videmus. ¶ Insup eos qui se superbe reputabant potentes ⁊ diuites in lege ⁊ prophetis. deposuit de sede. id est a legis autoritate ⁊ eius veritate reppulit. ipsosq̧ ex suo demerito excecatos in erroris ꝓfunditate demersos reliquit. De quibꝫ apl'us ait. cecitas contigit in israel. ¶ Sed abiectis iudeis sugbis et ꝑ sugbiam excecatis. exaltauit humiles. id est gentiles humiliter ⁊ deuote christi et apostolorū predicationem suscipiētes in fidei veritate sublimauit. Unde merito subiungit Esurientes impleuit bonis ⁊ diuites dimisit inanes. Quia gentiles verbum dei cū magno desiderio receperunt. quod ꝑ esuriē designatur. ideo bonis a deo replent̄. Ecōtra ꝓo diuites id est iudeos bonis sp̄ualibꝫ abūdare ꝑsumētes dimisit inanes. vacuos q̄dem a veritate sed inflatos vanitate et excecatos falsitate ¶ Possumus tamē hūc locum generalius exponere. Nam q̄ ꝑus angelū de celo ⁊ hominē de paradiso sugbientes eiecit. vtiq̧ deposuit potentes de sede. sed postea exaltauit humiles. qꝛ homines humiliatos ꝑ penitentiam. ad pristinam gloriā reuocauit Sed ⁊ quotidie superbos quosq̧ subtrahendo gratiā suam deponit ⁊ humiliat. et postea eosdem humiliatos per gratiam priorem restaurans exaltat. De quibus verum est quod sequitur Esurientes impleuit bonis ⁊ diuites dimisit inanes. Esurientes vocat q̄ se vero bono indigere cognoscunt ⁊ eo repleri cupiunt. Diuites. intelligi vult eos qui superbi sunt. ⁊ se ꝑ alijs in donis gratie abundare presumunt. Ergo sicut humiles modica de se sentiendo quibus exemplū dedit beatissima virgo maiorē gratiam merentur accipere. ita superbi et elati de se presumendo ea que etiam acceperunt amittunt.

Postremo cum exultasset Maria de beneficijs non solum ei singulariter. sed etiam toti mūdo generaliter collatis. exultat de bonis populo

israhelitico specialiter exhibitis. Unde ait ¶ Suscepit israel puerū suum. O speciale beneficium. quia suscepit popul⁹ israhel puerum Jesum. cum de illo populo. id est de virgine iudea carnem puerilē accepit diuinum verbum. ideo vocat eū puerum suum. ¶ O israhel humiliter recognosce hoc gratuitum beneficiū. nec tanto dono exhibeas te ingratum. Tunc em̄ tibi erit maximū bonum si puerum istum per fidem suscipias cū humili actiōe gratiarum. Sic ergo suscipe o israel puerū istum. alioquin non es vere israhel. nisi fide credas in Jesum. Suscipe itaq̧ puerum id est humilem ꝛ innocentem christū vt te ipse medicus sanet egrum. vt te redimat captiuum. vt iustificet impiū. vt beatificet iustum. Quia ꝟo per specialē gratiam fit ista susceptio. merito additur recordatus misericordie sue. Ad modum eniꝫ recordantis se exhibuit quando filium suum antiquis promissum patribus in carnem misit. Ideo subditur.

¶ Sicut locutus est ad patres nostros Abraham ꝛ semini eius in secula. Recordatus ergo misericordie quam olim promiserat sed diu distulerat. tandem iā tunc exhibebat eam. misericors in promittendo. verax in exhibendo quia sine debito ꝓmisit ꝛ sine dolo exhibuit. Sic enim locutus erat patribus nostris. id patriarchis et prophetis. ꝛ specialiter Abraham ꝛ semini eius. cui predixerat. In semine tuo benedicent̄ omnes gentes terre.

¶ Additur aūt hic. in secula. quia benedicta christi caro temporaliter nobis exhibita eternaliter remanebit verbo dei vnita. sicq̧ verbum increatum in secula permanebit incarnatum Cum quo nos regnare concedat qui viuit ꝛ regnat in secula seculorum Amen.

¶ Explicit de cantico beate Marie.

¶ Sequitur tractatus de cantico zacharie.

Prologus.

Dicturi de cātico zacharie pro misteriorum intelligentia seriē hystorie ꝑmittemus. ab initio euangelij Luce sumētes exordiū. ¶ Fuit in diebus Herodis regis iudee sacerdos q̄dā nomine zacharias de vice abya. Sicut em̄ in libro paralipomenō legitur. Dauid volēs ampliare cultum domini vigintiquattuor instituit sacerdotes. quoꝝ vnus tamen maior erat q̄ princeps sacerdotuꝫ dicebat̄. dedit autem cuiq̧ ebdomadā vicis sue. Habuit quoq̧ abyas octauā ebdomadā. d̄ cui⁹ genere zacharias erat. qui cum in die ꝓpiciationis incensum poneret predixit ei angelus nascituꝝ sibi filium de vxore sua cuius nomē Elizabeth. Ipse ꝟo considerās̄ sterilitatē vxoris ꝛ vtriusq̧ senectutē non credidit. Unde in penā sue incredulitat̄ obmutuit vsq̧ ad diē part⁹. Concepit t̄ū Elizabeth ꝛ occultauit se mensibꝫ quinq̧ Et hoc forte quia magis certificari volu it de rei euentu anteq̄ꝫ propalaret Uel q̄ꝛ licet ipsa de conceptu gauderet. ꝛ d̄ rei veritate nullatenus dubitaret. tamē aliquā tulum verecūdabat̄ se palam facere. eo q̧ iam transierat tempus vacandi amplexibus causa ꝓlis generande. exemplo Sare que dixisse legitur. Postq̄ꝫ consenui et dominus me⁹ vetulus est voluptati operam dabo. Quasi diceret. Hoc merito facere erubesco. ¶ In mense autē sexto videlicet a conceptu ꝑcursoris missus ē angelus Gabriel ad Mariā ad anuunciandum cōceptū saluatoris. Postea ꝟo exurgente Maria abijt ad visitandū cognatā suam Elyzabeth ꝛ ibi mansit quasi mensibus tribus ministrans ei vt communiter dicit̄. donec pareret. Legit̄ in libro iustorum q̧ beata virgo primo Johannē a terra leuauerit. licet Theophilus ꝛ alij q̄dā asserāt q̧ Maria imminēte partu Elyzabeth in domū suam recesserit. Tum quia virgines in partu mulieris non solent adesse Tum quia alie mulieres iam aduenerant que ad hoc obsequiuꝫ poterant sufficere. ¶ Nato vero precursore die octaua cum ꝑm legem circūcideret̄ puer vocauerunt eum nomine patris sui zachariā. Et ait mater. Johannes est nomen eius. Id

ipsum scripsit et pater. Tunc apertum est os zacharie. per confessionē em̄ fidei quā scripto fecit. quia verbo facere non potuit meruit liberari. sicut ꝓpter verbum dubitationis ⁊ incredulitatis lingua ei⁹ demeruerat obmutescere ⁊ silentij pena ligari. Igitur zacharias repletus spiritusctō ꝓphetans canticū fecit domino.

Canticum zacharie

Benedict⁹ dominus deus israel ⌋ Ubi exultauit pmo in laudib⁹ domini saluatoris. Deinde in laudibus famuli precursoris Ibi Et tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis. Exultans ergo laudes domini canit dicens. Bn̄dictus dominus de⁹ israel. Et merito benedictus. quia dn̄s ꝑ generalē omniū gubernationē. Quia de⁹ per singularem creationis potestatem. q2 insup deus israel per specialem dei cultū. ⁊ latrie deuotionē. et beneficiorū spiritualiū ipsi populo exhibitam largitatē. Huius aūt laudis et exultationis causaȝ subdit. Quia visitauit et fecit redemptōeȝ plebis sue. Cui⁹ plebis sue. Utiq3 plebis sue israhel. quia ipse hic dictus est deus israhel. quēadmodū et ipse alibi ait. Ego suȝ deus abraam. deus ysaac. ⁊ deus iacob. q̄si dicat Ego meipsum illis dedi ⁊ ꝓpterea ipsorū deus appellari volui. Licet em̄ oīum ipse sit deus per dominatiōis potētiā quorundā tamē modo quodā speciali deus est per electionis gratiā. Sic ergo merito dictus est deus israel. quia visitauit ⁊ fecit redemptionē plebis israhel. Cui⁹ israhel. Non vtiq3 solius israhel ſm carneȝ litteraliter dicto. sed ipsius israhel spūaliter intellecte. quia non solius plebis illi⁹ iudaice. sed totius plebis catholice. id est. vniuersalis ecclesie. qui ex iudeis ⁊ gentibus per fidem ad xp̄m cōuersis vnum ei⁹ corpus misticum efficit. ⁊ verissime israel nominat. ¶ Audiamus itaq3 quot et quāta huic plebi sue beneficia specialia gratis contulerit Primū quidem visitauit. deinde redemptionē fecit. Uisitauit sicut medicus egrum. redemit sicut pius domin⁹ seruū captiuuȝ. Uisitauit nos in sua natiuitate ⁊ humili vite sue conuersatione. redemit sua morte ⁊ benedicta passiōe. Hec autē prophetabat zacharias que tūc erāt futura. sed ꝓpter ꝓphetie certitudinē d his loquitur quasi iam essent pterita. quia in dei pscientia eternaliter fuerunt ordinata Uisitauit inquit ⁊ fecit redemptionē plebis sue. ¶ Quid plura. Audiamus ⁊ alia beneficia que sequunt. ⌊ Et erexit cornu salutis nobis ⌋ Quasi dicat. Nō solū nos voluit ꝑ gratiam a carcere mortꝭ redimere. sed etiam ad salutarē vite gloriaȝ erigere. Erexit inquit nobis cornu salutis. id ē nostram erexit ⁊ direxit virtutē ad cōseq̄ndam eternam salutem. quod factum ē vtiq3 in sua gloriosa resurrectione quādo ad vitam resurgēs immortalē patres in lymbo inferni detentos potenter eduxit. ⁊ deinde in sua mirabili ascensione q̄ndo eos ad celestia introducens feliciter sublimauit. ¶ Quia ꝟo christus hec omnia adimpleuit in carne assumpta de domo dauid Idō subditur. In domo dauid pueri sui Et dicitur pueri sui. q2 ab ipso ꝓpter hūilitatem electi. ¶ Hanc igitur ꝓphetiam suā zacharias diuina autoritate confirmat. ¶ Sicut inquit locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt ꝓphetaruȝ eius ⌋ Quia sancti ꝓphete qui a seculi principio fuerunt spū̄sancto inspirati. ista veraciter pdixerunt. Quid ergo mirum. cum ipse q̄ veritas est ꝑ os eorum loquens fideliter ista pmiserit. si idem ipse eadem fidelit̄ adimpleuit. ¶ Sed quid ex tātis beneficijs consecuti sumus adiunxit. ¶ Saluteȝ ex inimicis nostris. ⁊ de manu omniū q̄ oderunt nos ⌋ O ingens donum. securam salutem. ⁊ salutarē securitatē. per christū cōsequi ex inimicis nostris. Quib⁹ inimicis Ex illis vtiq3 de quibus gemens canit ecclesia. Mundus. caro. demonia diuersa mouent plia. Diuersis ergo et aduersis plijs hij inimici certant contra nos. Idō vere de hijs dicitur. Qui oderunt nos. Licet enim sepe nobis blandiendo nos diligere videantur semp tamen nos seducere ⁊ in eterne mortis interitū ducere nitunt̄ Ab hijs inimicis horrendis ⁊ magis omnino formidandis quia familiares ⁊ pditores inimici. christus nos liberauit. quia per sue incarnationis misteriū. nisi ꝑ nostre iniquitatis demeritū steterit. liberare meruit. Sed quare hoc facere voluit.

¶ Ad faciendā inquit misericordiam cū patribus nostris] Quasi diceret. q christus misterium incarnatiōis impleuit. nō propter nostram iusticiā sed ꝓpter suā misericordiam quā patribus implendā promisit. ¶ Quomō aūt ꝛ q̄ infallibiliter ꝓmiserit cōuenienter subiungit dicens Et memorari testamēti sui sancti. id est pacti firmissimi. quod habuit cum patribꝫ veteris testamenti. Pacti inquā iurati de xp̄o venturo. de quo testamento sancto ꝛ iure iurando ad modū memorantis se habuit quando pactū efficaciter adimpleuit. Hoc aūt pactum exprimēs addidit.] Iusiurandū quod iurauit ad abraam patrem nostrū daturū se nobis] De hoc iuramēto in Gen̄. legit̄. Per memetipm iuraui dicit dn̄s. ¶ O miranda dei dignatio. q2 iurauit dn̄s seruo suo. Cur ita Certe vt doceat seruū in omni fideli iuramento fidelem esse domīo suo. nec solum dn̄o ſ3 etiā conseruo suo. Iurauit inquit ad abrahā patrem nostrū. Patrē vtiq3 multarū gentium. in cuius semine id est in christo promissum est q benedicent̄ omnes gentes. ideo sequit̄. daturū se nobis. Quasi dicat Iurauit deus pater daturū se nobis deū sibi consubstantialē filium. quod iuramētum in christo veraciter impletu3 est. Sz quare iurauit deus christum datuꝝ se nobis. ¶ Ut inq̄t sine timore de manu inimicorū nostrorū liberati seruiamus illi] O grandis exultatio. Laqueus ɔtritꝰ est ꝛ nos liberati sumus. A christo ɔtritus ꝛ confractus est laqueus mortis. ac ideo liberati sumus ab inimicis nostri. Sed q̄re liberati Ut sine timore seruiamus illi. Certe finis omnis diuini p̄cepti est amor dei. vt sine seruili timore seruiamus illi in vera caritate. Seruilis timor fuit in obseruantia legis moysi. dei amor est in obseruantia legis christi. in qua ꝑfecta caritas foras mittit timorem ꝛ sp̄ualem induxit libertatem. qua libertate de manu inimicorū nostrorū christus nos liberauit. ¶ Audiuimus zachariā exultantē in laudibus christi nostri saluatoris. audiamus iam eum exultantem in laudibus Iohānis sui p̄cursoris. et in primis attendamꝰ congruā huiꝰ ordinis rationē. Scimus eñ q2 iohannes interp̄tat̄ in q̄ est grā. nec ignorare debemus q2 grā dicit̄. q̄si a deo gratis data. Merito ḡ pr̄ hunc filiū a dō sibi gratis datū esse recognoscens p̄us exultauit in dn̄o a q̄ est grā q̄ de famlō in q̄ est grā. Unde etiā in filio nō tam naturā q̄ gratiam recōmendans exultās ait. ¶ Et tu puer propheta altissimi vocaberis] Quid ais O zacharia quid ais. Cur nondū loquentē pueru3 alloqueris. Cur ad puerū nondū intelligentē sermonē dirigis. Et tu puer inq̄s ꝓpheta altissimi vocaberis. An forte diuina inspiratione cognoscis q puer iste vt aliq̄ estimant patrē ad se loquentē intelligebat sp̄uali virtute sic de Elyzabeth matre eius scribit̄. q vt audiuit salutationē Marie exultauit. infans in vtero eius quasi ɔgaudens ad p̄sentiam saluatoris. qđ ꝑm Augustinū duobus modis pōt intelligi. Uel q Iohannes nondū natus ꝑ sp̄ūmsanctu3 cognosceret christum p̄sentem in vtero ꝟginis. ꝛ ꝑm hoc in eo acceleratus fuisset vsus rationis. Uel q infans nondū cognosceret p̄sentiā saluatoris. sed mater eiꝰ motu diuine inspiratiōis. illa tn̄ motio et pueri exultatio facta est a deo ad declarationē sanctitatis virginis et prolis in ea existentis. Unde licet Augꝰ neutrꝝ horū modoꝝ determinate asserat. dicit tn̄ q siue hoc. siue alio mō facta fuerit ista exultatio. oīno attribuēda ē diuīo miraculo. Sic ḡ possumꝰ etiam dupl̄r ītelligere prē3 loq̄ntē ad pueꝝ. Uel tanq̄ iā virtute diuina intellectu ꝛ ratione vtentē Uel q ei loquebatur nō quasi iā rōne vtens intelligeret. sed vt alios rōne vtentes de misterio incarnationis xp̄i. cuius puer iste ꝓpheticus p̄cursor futurus erat informaret. Ait itaq3 Et tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis. Ubi merito querit̄ quō pater nasciturū pueꝝ ꝓphetā vocat. ꝛ tn̄ natus filius postea se ꝓphetam esse negat. Sed absit vt patri filius cōtradicat. Hec autē questio citiꝰ soluit̄ si responsio iohannis ad querentium intentionē referat̄. Iohannes quippe negans se esse ꝓphetā ꝑm ꝓpositū interrogantiū verū respōdit. Querebāt eñ si vnꝰ eēt de antiq̄s ꝓphetis. q̄si ex eis aliq̄s in iohāne resuscitatus fuisset vt helyas vel helyzeus vel alius hmōi. Et q2 ꝑm veritatem nullus ḋ eis erat. se hmōi ꝓphetā esse veraciter negauit. Sunt tn̄ q̄ dicunt ideo Iohannē se esse ꝓpheta3 negasse vt se nō solū

esse ꝓphetam. sed plus q̄ꝫ ꝓphetā tacite esse innueret. ¶ Sed quod ipse Johannes vere ꝓpheta fuerit altissimi. sequentia verba designant. Preibis em̄ ante faciē dñi parare vias eius. In quibus verbis si ea diligenter notemus. alia inueniem⁹ misteria. Preibis inq̄t. q̄si diceret. nuncius et p̄cursor eris añ faciem domini. Cui⁹ dñi. Illius vtiq̄ de quo p̄missum est. vocaberis ꝓpheta altissimi. Cuius altissimi Certe cuius sancte et indiuidue trinitatis patris et filij et spūssancti. quoꝝ quilibꝫ altissimus est dñs. nec tñ tres altissimi sed vnus altissimus. ¶ Possumus ergo intelligere Johannē esse ꝓphetam et nunciū totius altissime trinitatis. quia a qualibet trinitatis ꝑsona testimoniū habuit sanctitatis.

¶ Habuit a patre testimoniū. q̄ ꝑ Malachiā ꝓphetam vocat eum angelū suū. id ē nuncium suū. Ecce inquit ego mittā angelū meum et p̄parabit viam ante faciem meā Angelus em̄ nomen est officij nostre nature. ideo Johānes dicit̃ quia angelorū officiū multipliciter exercuisse ꝓbatur ¶ Habuit insup a filio testimoniū. qui in multis eum mirabiliter cōmendauit. et ibi specialiter vbi ait. Inter natos mulierū nō surrexit maior Johāne baptista. Ab illo itaq̄ verbo ꝓnunciata sunt Johānis p̄conia ꝑ quod fundata est arida. condita sunt elementa. et mouent̃ sydera. ¶ Habuit deniq̄ a spūsancto testimoniū q̄n ipso inspirante zacharias ait. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis. id est dī altissimi. summe videlicet et ineffabilis trinitatis.

¶ Possumus tñ hic nomē altissimi nō inconuenienter intelligere specialiter personā dei filij. q̄r subditur. Preibis em̄ añ faciem dñi. id est ante filiū qui est facies et similitudo dei patris Per faciē em̄ ꝯm gregoriū noticia designat̃. Illa ṽo que in diuinis ad noticiā ꝑtinent filio appropriant̃ Vñ ꝯm apl'm christus sapiētia dei et ymago dicitur. Preibis ergo ante faciem dñi. Sed ad q̄d p̄ibis Parare inquit vias ei⁹ Quas vias eius. Certe mlt'e sunt vie domini. Sunt em̄ vie p̄ceptorū. sunt et vie consiliorū. et he multipharie. Est quippe via arta voluntarie paup̄tatis Est via artior ꝯtinētie et castitatis. Est via artissima obedientie et summe humilitatis. Has ḡ vias dñi quas christus principaliter docuit Johānes christi p̄uius non solum ꝑdicationis sed etiam exemplo sanctissime cōuersationis dño p̄parauit. Sed ad q̄d parauerit vias eius recte subditur

¶ Ad dandā inquit scientiā salutis plebi eius id est ad annunciandū salutē cōferendam per christum. in remissionē peccatorū eorū. Quia ṽo hec remissio conferenda est a christo nō ex iusticia nostra. sꝫ ex misericordia sua. Ido sequit̃. ¶ Per viscera misericordie dei nostri in q̄bꝫ visitauit nos oriens ex alto Et bene ait ꝑ viscera misericordie. id ē ꝑ interiorē et occultā dei misc̄diam eternaliter in archano diuini consilij secreto p̄ordinatam et ꝑ christum nobis t̄paliter exhibitam. In q̄bus videlicꝫ misc̄die visceribus visitauit nos oriens ex alto. O mira et optāda visitatio quia christus visitauit nos oriens ex alto id est ex sinu patris altissimoq̄ diuinitatis consilio t̄paliter ortus in mundo. ¶ Huius autem diu optate visitatiōis effectus sequit̃ ¶ Illuminare his qui in tenebris sedent id est p̄ribꝫ in limbo tunc existentibus. quos christus illūinauit q̄n post resurrectionē ꝑ eoꝝ liberatōe ad inferna descēdit. Nec solū illis xp̄s illuxit sed etiā illis q̄ sedent in vmbra mortis. id est adhuc viuētibꝫ in hoc mūdo. q̄rū vita quasi q̄dā est mortis vmbra. quos tamen ip̄e per orbem vniuersum sua suorūq̄ discipulorū illuminauit doctrina. Sed ad quid illuminauit Ad dirigendos inq̄t pedes nr̄os in viam pacis Hoc est qd̄ ait psal. Lucerna pedibꝫ meis verbū tuum. q̄r videlicet doctrina xp̄i qui est eternum dei verbum lucerna est ad dirigēdos pedes nr̄os. id ē affectus nostros in viā pacis. ¶ Sed q̄d est qd̄ hic singulariter dicit̃ in viam pacis. cum supra pluraliter dictū sit. preibis parare vias eius. Sane hoc ido. quia cum plures sint vie domini. omnes tñ in vnā tendunt viam pacis. Illius videlicet pacis eterne id est finalis obdormitionis in deum. et in inidipsum. hoc est in eum cui soli vere dicitur Tu semꝑ idem ip̄e es cōsummate quietis. quam optādo canebat psalmista. In pace in idipsum dormiam et requiescam. Ad quam nos dirigat qui est benedictus in secula Amen.

¶ Explicit de cantico zacharie.

Sequitur tractatus magistri Petri de Aillyaco de cantico iusti Symeonis.

Prologus.

Accedit ultimo canticū Symeonis. cuius deuota meditatio primo huius operis causa et occasio fuit. Nam quia senex iste mortiq₃ ꝓpinquus hoc canticū edidit. Ideo senex ego ⁊ ꝓpinquā mortem expectans incertus. in huius expositiōe cātici senectutis mee laborē impendere studui. ⁊ in tanti misterij contemplatiōe paulisper quiescere⁊. vtinā finaliter in pace in idipm̄ feliciter obdormire. Hoc itaq₃ cāticum puum quidem est in verbis sed magnū in sententijs. Unde ꝓ ipsius alta profunditate facili⁹ penetranda nobis est breuis hystorie narratio p̄mittēda. Sicut q̄ refert Lucas euangelista. Postq̄₃ impleti sunt dies purgationis Marie id est q̄dragīta dies a christi natiuitate. tulerūt puerū Jesum in hierusalem vt sisterēt eū domino. id est vt eum in templo offerēdo domino p̄sentarent. O mira virgīs humilitas que semꝑ purissima fuit. legē purificationis ad quā non tenebat̄ obseruare voluit. sicut ⁊ eius filius legem circumcisionis ⁊ alia legalia ex humilitate seruare dignatus est. Unde ⁊ dederunt hostias ꝓ eo par turturū aut duos pullos columbarū. Insuper redimerūt eum quinq₃ siclis argenti. Tunc ꝟo erat in hierusalē Symeon senex homo iustus ⁊ timoratus qui respōsum accepat a spūsancto non visurum se mortem nisi videret ꝑus christū domini id est xp̄m dn̄m. quem vocat christum dn̄i quia eum vere credidit filiū dei Ipse ergo senex eodem spūsancto replet⁹ venit in templū. quia ꝑ reuelationem cognouit q̄ ipse videret christum sicut erat ei ꝓmissum. et tunc accepit puerū Jesum in vlnas suas. O magnum cordis gaudium. Sicut enī spes q̄ differt̄ affligit aīa₃. sic vt sapiens ait desiderium si cōpleatur delectat animā. Quid ergo mirꝫ si gaudet senex diu desideratū puerū oculis vidēs ⁊ brachijs tenens. qui tamen nisi a puero oculis sue misericordie videret̄. nisi a puero in brachijs sue potentie teneret̄ regeret̄ ⁊ sustentaret̄. mox diuino d̄fectus auxilio rueret ⁊ in nihilū redigeret̄. Hoc itaq₃ humiliter recognoscēs benedixit deum. et ꝓ tanto beneficio gratias agens dixit

Explicit ꝓlogus Incipit canticum Symeonis.

Nunc dimittis seruum tuum domine scd̄m verbū tuum in pace. Alloq̄tur seruus dominū. ⁊ exēplo Marie que hūilitatis magistra se ancillam noīat. Symeō iust⁹ ⁊ timorat⁹ se humiliter seruū vocat. Sed attēdite q̄lis sit iste seruus Sane talis est seruus iste qualis illa ancilla. quia nec iste nec illa timore seruili sed amore filiali dn̄o seruiebat. Cuius rei gratia multiplicē timorē possumus distinguere. Seruilē. mundanū. inicialē. finalē. Seruilis timor est ꝫm Hugonē ꝓ euitāda pena abstinere a malo retenta voluntate mala. Mūdanus ꝟo timor est ꝓ euitanda pena abstinere a bono retēta volūtate bona. Inicial̄ timor est ꝓ euitanda pena cū ꝑuerso opere etiam prauas cogitationes resecari. Finalis timor est bono firmiter adherere. quia illud nolis amittere. Ex hijs q̄ttuor timoribꝫ duo mali sunt. id est seruilis ⁊ mūdanus. duo ꝟo boni. id est inicialis ⁊ finalis. De malo timore poeta egregius ait. Oderūt peccare mali formidīe pene. De bono ꝟo. Oderunt peccare boni virtutis amore. Iō autē timor initialis dicit̄. quia sub eo per bonam voluntatē ⁊ virtus initiū capit et vitiū finē. necdū tn̄ ꝑfectio est. q2 ipm̄ bonū solū ꝓpter seipm̄ nō amat̄. Sꝫ accedit caritas ⁊ intrat ꝑ timorē istū. ⁊ dū ꝯuerterit cor ad deu₃ sequit̄ timor finalis quī ex succedente caritate nascit̄. vt ipm̄ timere nihil aliud sit q̄₃ d̄gustatū in caritate bonū iā nolle amittere. sed velle ei ꝓpter seipsum totaliter inherere. Iō dic apl̄s. Perfecta caritas foras mittit timorē. expellēdo videlicet timorē malū ⁊ inducendo timorē bonū. Nō q̄ in malo sed in bono timore symeō dn̄o seruiēs se seruū dn̄i nominabat dicēs. Nūc dimittis seruū tuū dn̄e. Ubi notate ꝟbūm nūc dimittis ⁊ in aduerbio nūc signate misteriū Est eī nūc tp̄is. ⁊ est nūc eternitatis. Est nūc tp̄is de

de quo dicunt philosophi. nō habemus de tempore nisi nunc. Est nūc eternitatis de quo dicūt theologi qꝫ ipm nūc est eternitas. Optat ergo dimittere nūc tpis. vt valeat possidere nunc eternitatis. Econtra pro multi ꝓpter retentionē tpalium perdunt possessionē eternorū. Quibꝫ merito dicit. Ue vobis q̄ nūc ridetis. in ipso videlicet modico nūc tpis. quia plorabitis et flebitis in futuro nūc eternitatis. Non sic aūt nō sic sanctus iste Symeon. sed ꝓpter eterna cupiēs tpalia dimittere suspirans. ait. Nunc dimittis seruū tuū dn̄e. Quasi dicat. Nunc opto dn̄e vt dimittas me de hac vita transire. nunc cupio in mea senectute mori. vt in tua que nunq̄ senescit eternitate ad immortalē vitam valeam puenire. Nunc toto corde et animo cōcupisco vt dimittas seruū tuum in pace. Sꝫ in q̄ pace. Est em̄ pax multiplex que etiā a sanctis potest rationabiliter concupisci. Est pax tpis. est pax pectoris. id est tranq̄llitas mentis. est insup pax eternitatis. Prima ē ad ꝓximū. secūda ad seipsum. tercia ad deum. que licet quādoqꝫ in hac vita quodāmodo inchoet. ꝑfecte tamē in vita futura eternaliter cōsummat. ¶ Hanc ergo pacē eternitatis p̄ ceteris desideratā optabat iste sanct⁹ dicēs. dimitte me dn̄e scd̄m verbū tuū in pace. Et bn̄ ait scd̄m v̄bū tuum id est scd̄m ꝓmissum tuū. qr respōsum acceperat a spū sancto nō visurū se mortē nisi prius videret xp̄m dn̄i. Et ideo sui desiderij cām subdit ¶ Quia viderūt ocl'i mei salutare tuū. Letāter em̄ desiderabat descendere ad lymbum patꝝ. ex quo spiritualiter cognouerat et corporaliter viderat saluatorē natū. Uiderūt inq̄t nō solū spūales sed et corpales oculi mei salutare tuū. Et bn̄ ait salutare tuū. q̄si deo pr̄i loquēs xp̄m ꝯfiteret dei filiū. et ideo salutare suū. Nec tn̄ solū suū. sed etiā salutare nostꝝ. qr nobis ab eo dat⁹ est ad salutē oīm electoꝝ. Sed quale sit et quātū istud salutare. subiungit dicēs ¶ Quod parasti. an̄ faciē oīm populorū. id est qd̄ eternaliter ꝑparatū tpaliter declarasti an̄ faciē. id est ad noticiā oīm pp̄loꝝ. qr incarnatiōis et redēptionis misteriū p doctrinā xp̄i et p̄dicationē suoꝝ discipuloꝝ oībꝫ populis. nō solū iudeoꝝ sed etiā gentiliū notum factū est. dicente ꝓpheta. In oēm terrā exiuit son⁹ eorum. Et ideo de his oībꝫ populis loquēs subdit ¶ Lumē ad reuelationē gentiū et gloriā plebis tue isrāhel. Quasi dicat christū nō solū fuisse lumē ꝑparatum vni populo sed oībꝫ. qr ad reuelationē gentiū id est illuminationē gentiliū. q̄ popul⁹ gētiū scd̄m ꝓphetam prius ambulabat in tenebris. et etiā specialiter ad gloriā plebis sue israel. quia iudeis specialis gratia fuit. eis qꝫ ad fidē ꝯuersis specialis gloria qꝫ xp̄s ex eoꝝ plebe humanā carnē assumpsit. Sed in p̄missis symeonis verbis merito considerandum est qꝫ hic in puero iesu triplex laudat bonū ꝯtra triplex in humano genere vitupabile malū. Dicitur em̄ Jesus salutare. dicit lumē. dicit gloria. Ipse q̄ppe salus est peccatoꝝ. ipse lumē iustorū ipse gloria beatorū. Hec pro tria christi bona remedia sunt contra tria hūani generis mala. Jesus em̄ salus est contra nostram maliciā. Jesus lumē est ꝯtra nostrā ignorantiā. Jesus gl'ia est ꝯtra nostrā miseriā. O igit bone iesu. o vtinā sis nobis Jesus id est saluator salutare et salus nostrā maliciā p tuā potentiā sanans. Utinā sis nobis lumē. nostrā ignorantiā p tuā sapientiā illuminās. Utinā sis nobis gloria. nostrā miseriā p tuā misc̄dam saluans. Magna q̄ppe est miseria nostra. ideoqꝫ ad nostrā salutē opus est vt magna sit misc̄dia tua. Nisi g̊ magna fuerit misc̄dia q̄ sanet magna miseria. nō eris vtiqꝫ nobis iesus. qr non eris nobis salus. De te nāqꝫ ab angelo dictū est. Jmo a deo p angelū vocabis nomē eius iesum. ipse em̄ saluū faciet populū suū a peccatis eoꝝ. Sicut g̊ nō est sine iesu salus. sic oīno sine salute iesus. ¶ Hec igitur ad laudē pueri iesu videre mihi videor senem symeonem in p̄missis sui cantici verbis lōge altius q̄ȝ exprimere potuerim designasse. ¶ Audiuim⁹ itaqꝫ senem puerū laudantē. audiamus etiā aliq̄d ad hui⁹ senis laudē. Laudat em̄ et multis ac magnis p̄conijs ꝯmēdat in euāgelio. Laudat in primis quia iustus. in quo vniuersa morū honestas notat quia iusticia cōis est virtus q̄ in diuinis scripturis censet oīm virtutū ꝯnexio. Laudat deinde. qr timoratus. in quo hūilitas designatur. quia humilis timor dei. nō seruilis sꝫ filialis vt dictum est. virtutū oīm custos esse credit. Scriptum est em̄. Qui timet

deum facient bona. Quare facient bona. q2 timor dei custos est ne fiant mala. imo vere. si timor dei verus est, pmotor est vt fiant bona. Laudat insuper. quia expectās cōsolationē israel. Quō expectans. Utiq3 fide. spe. atq3 caritate. Sane talē hospitē diligit deus. z tale cordis hospitiū eligit. vbi fide firmiter creditur. vbi spe desideranter expectat. vbi caritate feruēter atq3 pseueranter amat. Laudat ergo quia spiritussanctus erat in eo. Quō em̄ non esset spūssanct⁹ in tali hospitio. imo q̄o quō tale esset hospitiū nisi spūssanctus esset ī eo. ¶ O magnum z admirandū dei cu3 hoc homine consortium. Habuit quippe spiritū sanctū vt hospitem z sui cordis habitatorem. quia spūssanctus erat in eo. Habuit etiam vt doctorē. quia responsum acceperat a spiritusancto. Habuit deniq3 vt ductorem. quia venit in spiritu. id est ducente spiritusancto venit in templū. vt posset merito cum psalmista dicere. spūs tu⁹ bonus deducet me in terram rectam. Sed in quam terrā. Non vtiq3 solum in illam terram in qua erat templū terrene hierusalem. sed in illam celestem terram in qua est spūale templum hierusalem que visio pacis dicitur. de qua idem psalmista loq̄tur dicens. Portio mea in terra viuentiū. ¶ Ex premissis igitur senex iste Simeon ad suscipiendū puerum Jesum cōueniēter dispositus ostenditur. et ideo quem tā diu. tātoq3 desiderio suscipere expectauit tandem cum magno cordis iubilo gaudēter suscepit. Unde dr. Accepit eū in vlnas suas. id est inter brachia sua. Senex debilis puerum fortem. id est deum oīpotentē z senis debilitatem confortantē portauit. Ubi considerandu3 occurrit q senex iste pueri huius confortatus auxilio q̄tū ad moralem sensum attinet ipsum tripliciter portasse creditur. videlic3 in p̄cordijs. in brachijs. in labijs Portauit em̄ Jesu3 in precordijs suis ipsum toto corde diligendo. Portauit in brachijs suis ipsi p bonā operationem seruiendo. Portauit in labijs suis ipsius nomen z laudem annunciando. Unde nobis dat exemplū q non solū ore sed simul corde et opere ipsum suscipere debemus z portare. ¶ Quia ergo sanctus iste senex non solum corporaliter sed etiā spiritualiter puex Jesu3 suscepit. ido eum laudare et benedicere meruit. Unde post canticum laudis sequitur in euangelio q benedixit eis. videlicet puero z Marie matri eius. Licet enim ipsi maiores essent symeone in sanctitate. ille tamen maior erat q̄tum ad sacerdotis officium. ad quem spectabat benedicere populū. Nec solum eis benedixit sed etiam de eis prophetauit. Unde futuram christi passiōem predixit. Ecce inquit positus est hic in ruinam z in resurrectionē multoru3 in israhel. Quod ideo dictum est. quia ex passione christi multi iudei fuerunt scandalizati. et a veritate priuati in erroris ruina3 ceciderunt. Multi vero qui postea ad christi fidem et fidei veritatem conuersi sunt. a christo illuminati ab errore z ignorantia resurrexerunt. Subdit autem de puero loquens. q erit in signum cui cōtradicetur quia videlicet christo dei filio qui signum erat federis inter homines et deu3 z verus mediator dei z hominum. multi contradixerunt filij hominum. non solu3 iudeorum. sed aliorum etiam populoru3 de quibus per psalmistā dicitur. Filij hominū vsq3 quo graui corde vt quid diligitis vanitatem z queritis mendaciū. ¶ Iterum vero de eadem christi passiōe prophetans Symeon ait ad Mariam. Et tuam ipsius animā pertransibit gladius. id est passio ipsius pertransibit animā per dolorem compassionis. non enim sine materno amore potuit videre crucifigi filium. z si resurrecturum speraret. Uł ita potest exponi. animā ipsius que z tua ē quam scilicet quasi tuam diligis pertransibit gladius passionis. ¶ Eadem autē hora superuenit z Anna prophetissa z loquebatur de illo oībus qui expectabāt redemptionem israhel. O igitur sancta z deo grata societas Jesus Maria. symeon z anna. Conueniūt deus z homo. mater z virgo. maria cum Jesu vero dei patris z virginis matris filio. Conueniunt pariter cum eis propheta z p̄phetissa inspirati spiritusancto. conueniūt vtiq3 ad presentandum deo patri deum filium suum. in templo sancto suo. Sed vbi eras o sancte Joseph. Utiq3 huic societati non deeras Aderas enim Marie sponse tue cui virgini tu virgo q̄diu vixisti. et virginitatis testis z mr̄is ac filij fidel' custos fuisti.

O mira tot et tantorum sanctorum conventio vnanimiter procedentium ad presentandum christum in templum. O veneranda processio quam in purificatione Marie ab omni peccato omnino purissime tot et tanti in vnum conuenientes sancti facere meruerunt. ¶ Ea propter ecclesia in tanti misterij venerationem in festo purificationis celebrem agit processionem. quia Maria et ioseph. symeon et anna in templo christum dominum presentauerunt. Ubi considerandum nobis est quod tres processiones tanquam precipuas sancta festiuat ecclesia. quarum prima fit in purificatione Marie. secunda in celebritate primi pasche. tertia in domini ascensione. Prima fit cum lucernis secunda cum floribus et palmis. tercia cum crucibus et vexillis. que omnia nullatenus credenda sunt spirituali vacare misterio. Ut autem hec inuestigare valeamus Sciendum est quod sicut quidam Egregie ait. omnis anime rationalis profectus constat ex tribus. In obtinenda videlicet cordis mundicia. cordis iusticia. cordis leticia. Primum pertinet ad puritatem. secundum ad sanctitatem. tertium ad felicitatem In primo anima mundatur a vitio. in secundo ipsa dotatur merito. in tertio ditatur premio. Hoc est ergo quod significare volunt tres iste processiones principales atque precipue. ¶ In prima quidem processione que fit cum lucernis significatur cordis illuminatio ac totius vite mundicia. ¶ In secunda que fit cum floribus et palmis notatur cordis iusticia que in duobus consistit. vt videlicet in floribus fiat innouatio profectuum. in palmis perseuerantia meritorum. in floribus instantia proficiendi. in palmis constantia perseuerandi. ¶ In tertia vero que fit cum crucibus et vexillis designatur cordis leticia. Sed quomodo potest esse cum cruce leticia. Certe in cruce caro affligitur vt spiritui obediens mortificetur. Uexillum vero in victorie signum extollitur. et supra ipsum etiam qui portat cum leticia in altum leuatur In cruce igitur carnis mortificatio. in vexillo intelligitur mentis eleuatio seu mentis alienatio. Mentis eleuatio in eo quod vexillum in alta extollitur. mentis alienatio in eo quod a portatore supra portantem leuatur. Magna ergo sunt harum processionum misteria nec ea hic explicanda suscepimus. sed de prima solum processione nobis sufficit si parum aliquid dicere valeamus. ¶ Cum ergo illam processionem cordis mundiciam significare diximus cur eam in festo purificationis Marie celebramus. que siue concipiendo siue parturiendo. nec cordis nec carnis immundiciam cogitationisque maculam contraxit. ac ideo ipsa omnino purissima. nec purificari debuit. nec in hac parte legis precepto subiacuit. Sed questionis huius solutionem facilius inuenimus. si ad famam potius quam ad virginis conscientiam attendamus. Ab omnibus nanque qui eam peperisse sciebant et sine virili semine de spiritusancto concepisse nesciebant preuaricatrix legis diceretur si purificationis obseruantiam preteriret que prolem genuisset. Hanc ita que preuaricationis notam a sua fama detersit. in eo quod legem illam cui nihil debebat impleuit. iuxta illius exemplum qui circumcisionis legem seruauit. quia vt ipse ait. non venerat legem soluere sed adimplere. Juxta hoc ergo exemplum multa expedit preter debitum. modo facere. modo omittere. vt false suspitionis notam possumus vel preuenire vel premere. ¶ Si igitur tanto studio purganda est fama a suspitione falsa. quanto magis ab infamia vera. et si satagendum est ad emundationem fame. multo amplius ad purgationem conscientie. ¶ Omni ergo tempore sed in ipsa maxime purgationis festiuitate lucernas portare monemur. vt ipso lumine non solum manifesta sed occulta dedecoris diligenter querere et inuestigare. arguere et accusare. damnando flere et flendo purificare valeamus. ¶ Hec est ita que prima processio que fit pro cordis mundicia et conscientie purgatione per quam venitur ad secundam que fit pro cordis iusticia et sanctitatis adeptione. ac denique ad terciam que fit pro cordis leticia et felicitatis consummatione hic in spe per gratiam. et in re. deinde per gloriam Quam ipse prestare dignetur qui gratie et largitor est christus. regnans cum patre et spiritusancto per omnia secula seculorum Amen.

¶ Explicit tractatus super tribus euangelij canticis compilatus a reuerendissimo in christo patre domino Petro. episcopo Cameracensi. ac sancte romane ecclesie cardinali. Cuius anima per dei misericordiam requiescat in pace Amen.

¶ Incipit epylogus de quadruplici exercitio spūali editus a predicto Petro de Aillyaco.

Anima devota cupiens ad divinā contemplatiōem spiritualiter exerceri. tria dz circa hanc exercitationē specialit meditari. Primo eius ortum effectiuū a quo deriuatur. Secundo eius obiectum motiuum circa quod versat. Tercio ei⁹ fructum refectiuū ad quem ordinat. ¶ Primo mentalis exercitatio si salutifera ēē debet. ab illo effectiue ortum habet de q̄ dicitur. Omne datū optimū z omne donuz pfectum desursum est descēdēs a patre luminū. Ideo merito in eius exercitationis initio ille inuocandus est a quo omne bonum originaliter pgreditur. p quem om̄e bonū exemplariter pducitur. ad quez oē bonum finaliter reducitur. Et hec est ineffabilis trinitas. pater fili⁹ et spūssanct⁹. ¶ Quapropter anima devota divine cōtemplationis amore succensa. flectere debet genua cordis z corporis ante thronum beatissime trinitatis p orationē humilem tria sapienter et pseueranter postulando. Priō di pr̄is pfortantē potētiā. ne labore depssa decūbat. Scdō dei filij regulantē sapiētiā. ne errore seducta deuiet. Tercio dei spūssancti cōsolantē clementiā. ne tedio deuicta deficiat. ¶ Secūdo post humilem inuocationē z flebilē implorationē divine potentie. sapiētie. atq3 clemētie anima devota conuerti debet ad huius pie z salutifere mētalis exercitationis obiectū quod est quadruplex f̄m q mens devota circa quattuor spūaliter exercetur. Primo circa interiora. Secundo circa exteriora. Tercio circa inferiora. Quarto circa superiora. De quibus ordīe congruo breuiter psequemur. ¶ Tercio si hec mētalis exercitatio digne z laudabiliter exequat. eius fructus est felicitas eterna. Nā omnis exercitatio q̄ ad hunc fructū finaliter non ordinatur. sterilis z infructuosa merito reputatur. cum in illo fructu solo sufficientissima z plenissima habeatur mētis refectio. quando videlicz deus fiet voluntati multitudo pacis. rationi plenitudo lucis. memorie ptinuatio eternitatis. ¶ His ergo p̄suppositis premissa quattuor exercitia ad p̄dictū felicitatis fructū ordinata particulariter exequamur.

¶ De p̄mo exercitio.

Primum exercitiū tuū o anima devota esse debz circa interiora. hoc est circa te et ea q̄ in te sunt. Multi nanq3 valde multa sciunt sed seipsos nesciunt deum q̄rentes per exteriora. deserētes sua interiora. Sed a te tua consideratio incboet. ne frustra extēdaris ad aliena te neglecta. ideo ab exterioribꝫ ad interiora redeas Ab inferioribus ad sup̄iora cōscendas vt cognoscere possis vnde sis. q̄d sis. vnde venis z quo vadis. vt sic per cognitionem tui ascēdas ad cognitionē dei. Redde ergo te tibi. z si non semper. saltem interdum. z per ptemplatiōis radium ad tue conditionis considerationē te conuerte. Circa quam tria precipue diligēter cōsidera. Primo q̄ generose z mirabiliter a summo artifice formata sis per naturam. Secundo q̄ viciose z miserabiliter a tua volūtate deformata sis per culpam. Tercio q̄ amorose et misericorditer a divina voluntate reformata sis per gratiam. ¶ Circa primum recognosce anima mea q̄ mira z inestimabilis ē dignitas tua. qz facta es non solum vestigium trinitatis sz ymago per memoriaz qua deum recolis. p intelligentiā qua deum conspicis. p voluntatem qua deum concupiscis Expgiscere igitur z lauda anima mea dominuz. z in eo exulta et gaude. qz insignita es dei ymagine. decorata similitudīe. particeps ratione. capax beatitudinis eterne. alijsq3 pluribus prerogatiuis naturalibus mirabiliter adornata. ¶ Circa secundū cum verecūdia et rubore considera q p̄dictam dignitatez tuā modicum aduertisti. Sed heu infelix et misera dei tui ymaginē reformasti ipsum q̄ pro p̄dictis beneficijs suis non digne glorificasti. benedixisti. adorasti. sz irreuerenter ad deum. vane z negligēter ad teipsum. iniuste z nequiter ad pximum tēpus vite tue non solū inutiliter sed damnabiliter psumpsisti. Erubesce igit et ptimesce. quia tanto maior et grauior est culpa tua quāto dignior et nobilior est natura. Tāto maior est offensa quāto maior est illi⁹ q̄

offendit excellentia. Tanto peior est iniuria quanto maiora fuerint illius cui iniuriam irrogasti beneficia. ¶ Circa terciū diligenter z reuerēter attende q̄ mira dei potentia. q̄ alta sapiētia. q̄ profunda clementia sis per gratiam z gratuitam misericordiam reformata. Cōsidera qualiter christus per beneficium redemptiōis te a peccato originali liberauit. quo eras bonis naturalibus z spūalibus spoliata. potestati principis tenebraꝝ subiugata. a celesti patria exulata. Ipse ꝟo mori voluit vt viueres. seruire vt regnares. exulare vt repatriares. Expgiscere igitur z vide qualiter pro te deus illudit vt honoreris. Innocens flagellatur vt consoleris. Iustus crucifigitur vt libereris Agnus immaculatus occidit vt epuleris. Sanguis z aq̄ de latere lanceati emittitur vt poteris.

¶ Contemplare adhuc qualiter per gratiam diuine miserationis sis non solum a peccato originali sed etiam actuali misericorditer liberata. Aduerte quanto tēpore diuina gratia te in peccatis tuis tolerauit. quanta longanimitate ad penitentiaꝫ te vocando expectauit. quot et quātos ante tuam conuersionem pro peccatis suis condemnauit. qualiter sepe quando errabas reduxit te. quādo cecidisti erexit te. qñ stetisti tenuit te. quando iuisti duxit te. qñ do ad eum venisti suscepit te. Pro tantis ꝟo beneficijs nihil ē qd retribuere possis nisi q̄ vere illum diligas qui tam gratuite dilexit te. Diligite ergo eum dulcit. prudenter z fortiter. Dulciter vt amore illius omnis amor extraneus tibi vilescat. prudenter vt amor tuus in eo solo cōtinue inardescat. Fortiter vt tua fragilitas oīa dura et aspera pro eo gaudenter sustineat.

¶ De secundo exercitio.

Secundū exercitium tuum esse debet ad exteriora vt contempleris ea q̄ extra z iuxta te sunt. hoc est mundum istum sensibilem. vt ipsuꝫ z omnia q̄ in eo sunt despicias. z ex hoc in amorē dilecti tui amplius iardescas. Et circa h tria sunt tibi precipua meditatione reuoluenda. Primo q̄ instabilis sit mundana opulentia. Secundo q̄ mutabilis sit mūdana excellentia. Tercio q̄ miserabil sit mūdana gloria. ¶ Ecce mundi huius amatores nundinas huius seculi perābulant ꝓpter tria. Alij diuicias. alij honores. alij gloriam querentes. Sed quid dicam de diuicijs que cum labore acquirunt. cū timore possident. cum dolore amittuntur. Quid de honore referam. Nunqd in honore sine dolore. in prelatiōe sine tribulatione. in sublimitate sine labore quis esse poterit. Quid de gloria Nihil aliud est nisi quedam vana auriū inflatio que sepius detractionis z inuidie semina prebet. Nihil itaq̄ seculo rebusq̄ seculi fugatius q̄s cū tenere cupimus amittimus. Nihil igit vere bonum est nisi qd ꝑpetuū est. ¶ Tu ergo si recte sapis desine sequi q̄ consequi miserrimū est. que possessa onerant. amata inquinant. amissa cruciāt. Tu itaq̄ relinque hec oīa ꝓpter eum q̄ est sup oīa. Cetera creatura tibi vilescat vt creator. ī tuo corde dulcescat. quia cor mundū nō cum seclo īmundo sed cū deo et in deo ē iocundum. Erubesce itaq̄ cōsolari in ceno que es de celo. erubesce in minimis dlectari q̄ non potes nisi in summis satiari.

¶ De tercio exercitio.

Tercium exercitiū tue ꝯsideratōis esse debet circa inferiora. vt prius infra et sub te salubriter descēdas z discas tuū sponsum timere anteq̄ incipias suū secretū ꝯtemplatōis cubiculum introire. ¶ Tria ꝟo sunt inferiora ad que ꝯsideranda debes principaliter intendere. ¶ Primo ad mortis ineuitabilē necessitatē vt ingemiscas. Secundo ad diuini iudicij infallibilē veritatē vt cōtremiscas Tercio ad penarū infernaliū iintolerabilem asperitatē. vt expauescas. ¶ Considera ergo primo feruenter z freqūēter reuolue q̄ mors nō pōt declinari. hora mortis nō pōt certificari. tps a deo ꝓfinitū nō pt immutari. nostrū viuere nihil aliud est q̄ ad mortē trāsire O igit vita ꝓsens q̄ multos decipis que dum fugis nihil es. dum videris vmbra es. dum exaltaris fum⁹ es quam cum dolore intrauimus. cum labore transimus. cum timore exituri sumus. In qua triplici incommodo laboramus quia faciles sumus ad seducendum. debiles ad resistendum. fragiles ad operāduꝫ Ideo in huius vite tempore inutiliter viuitur. nisi ad comparandū meritum quo in eternitate viuatur.

¶ Cōsidera secundo ꝛ cum timore et tremore diligenter aduerte quid erit de te in die nouissima. quid fiet ꝺ te in extremo iudicio. quando hinc erūt peccata accusantia. inde terrens iusticia. subtus horriduꝫ chaos inferni. supra iudex iratus iusti iudicij. intus conscientia vrens. foris mundus ardens. Heu heu si tunc vix iust⁹ saluabitur. peccator ꝛ impi⁹ vbi parebit. Siue ergo dormias siue vigiles semꝑ in auribus tuis illa horrenda tuba resonet. surgite venite mortui ad iudiciuꝫ. Nunꝗ̄ excidat a memoria tua. Ite maledicti in ignem eternum. Et venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. O due voces q̄rum nihil horribilius vna. nihil altera iocundius. ¶ Cōsidera tertio et horreas reproborū tormenta. et ꝗ̄ sint varia. ꝗ̄ aspera. ꝗ̄ intolerabilia prudenter attende. ibi ignis ardens. ibi frigus rigēs. vermis immortalis. fetor intolerabilis. ibi ardor flā marum. dolor vermiū. fletus ꝛ stridor dē tium. lachryme oculoruꝫ. vbi mors optabitur sed nō dabitur. quia quibus in hoc seculo vita offertur ꝛ nolūt accipere. in inferno querent mortem ꝛ non poterunt inuenire. Ideo ad districti iudicis iusticiaꝫ ptinet vt nunꝗ̄ careant supplicio quoruꝫ mēs in hac vita nunꝗ̄ carere voluit peccato. Sed ve ve ꝛ iterum ve illis. quia cū terribilis sit gehenna. terribilior erit facies iudicis irata. sed omniuꝫ terribilissima erit a facie beatissime trinitatis elongatio eterna. O igitur quante ammiratiōis est. ecce sponsus venit. quante dulcedinis. q̄ parate erant intrauerunt cū eo ad nuptias. quante amaritudinis. et clausa est ianua.

¶ De quarto exercitio.

Quartum tue speculationis exercitium esse debet ad suꝑiora vt mēs tua per premissa non solum turbetur ꝛ terreatur aduersis. sed alliciat̃ ꝓmissis ꝛ prosꝑis consolet̃. Sed vt ad superiora celestia et eterna conscēdas. purga intellectum a vanis ꝛ inutilibus fantasijs. a rationib⁹ curiosis. ab occupationibus extraneis. Purga etiam affectum a culpa. a culpe sequela. a culpe occasione vl' causa. ¶ Erige itaꝗ̄ intellectum. dilata affectū. ꝛ dic deo tuo. Fac me precor domine degustare ꝑ affectionē quod intelligo per rationem. Fac me sentire per amoreꝫ quod sentio per cognitionē. Fac me exardescere amore ꝛ desiderio superne vite sanctorum. vbi actio non laboriosa. requies nō desidiosa. vbi vita sine defectiōe. laus tua sine cessatione. Fac me nunc in spe et tādē in re degustare illud gaudium quod nec oculus in hac vita ꝑfecte vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit.

¶ Gaudeat igitur ꝛ exultet anima deuota ꝛ mercedē laboris sui consideret. que re uera tam multa est ꝙ non potest numerari. tam magna ꝙ non potest mēsurari. taꝫ preciosa ꝙ non potest estimari. tam copiosa ꝙ non potest terminari. Que licet quodāmodo possit generaliter exprimi. vix tñ potest nisi balbutiēdo particulariter ꝺclarari. cum in eius cōsideratiōe mens pene deficiat pre admiratōe. Quid ḡ ꝺ gaudio illo dicturus sum quod erit intus ꝛ extra subtus ꝛ supra. circum et circa. Uide igit̃ ꝛ deuota mente ꝑtracta. qualiter illi beati spūs qui p̄sentis vite miseriaꝫ euaserūt ꝗ̄uis interius ab eterni solis splēdore nū ꝗ̄ radiū sue ꝯtēplationis auertāt. tñ qñꝗ̄ ad exteriora ꝛ inferiora se ꝯuertunt. Et in hijs gaudēt ex triplici causa. Primo q꞉ tā impios ꝛ crudeles hostes. vicꝫ mundum carnē et dyabolū per diuinam potentiam suparunt. Scḋo q꞉ oēs defectus ꝛ peccata vel ꝑ diuinā sapientiā vitauerūt. vl' dudum ꝯmissa correxerūt. Tercio. q꞉ tam lamentabiles ꝛ interminabiles cruciatus ꝑ diuinam clementiā euaserūt. ¶ Sꝫ ꝑua sunt hec ꝛ q̄si nulla in ꝯpatiōe ad illa gaudia q̄ beate aīe ꝑcipiunt ex his q̄ iuxta se sunt. Attēde ḡ locū speciosum. videlicꝫ. celeste palaciū quē tibi diuina sapientia edificauit. Attende victū deliciosum. videlꝫ. celeste deliciarū omniū ꝯuiuium. ꝛ bonorū oīum thesauꝝ. quē tibi eterna potentia congregauit. Attende collegiū famosum videlicꝫ ꝯgregationē scōꝝ angeloꝝ ꝛ oīm spirituū btōꝝ cū q̄ de diuīa clemētia mēs tua eternaliter exultabit. ¶ O gloriosa ciuitas dei vbi vita sine morte. iuuēt⁹ sine senectute. lux sine tenebris. pax īpturbabil' vbi angeli iubilātes. ꝟgines chorizantes. apl'i psallētes. martyres tripudiātes. ꝯfessores laudātes. p̄triarche ꝛ ꝓphete iocūdātes. oēs sancti pariter deum venerantes.

Ubi tam pfecte caritas omnium vt vnusquisq3 tantū gaudeat de alteri⁹ bono q̄ntū gaudet de ꝓprio. ¶ Audisti gaudiū futurū de his que sunt extra ⁊ que sunt iuxta te. audi nunc de his q̄ sunt intra te Dō eīm remunerabit iu corpore ⁊ mēte. et istorum eterna et insepabili vniōe. Sicut ꝯo corpus nostrum ex quatuor elementis cōponitur. sic ibi quatuor dotibus adornatur. Terra tunc habebit eternā immortalitatem. Aqua oīmodam impassibilitatē. Aer maximā agilitatem. Ignis splendidissimā claritatem. Et sicut ibi animus pfectissime obediet creatori. sic corpus suo obtempabit motori Ibi habebit vigore3 impassibilitatis. splendorē claritatis. aptitudine3 subtilitatis. promptitudinē agilitatis. Ibi oculus videbit decorem speciosissimū. Gustus sentiet saporem dulcissimū. Olfactus odorabit odorem suauissimū. Tactus amplexabit obiectum deliciosissimū. Auditus immutabit p sonū iocundissimū. Ibi dum mens in exultationem rapitur. lingua in canticū laudis eleuatur. O quantū gaudebit animus cum resumpserit tale corpus. non quale cū ingenti dolore sustinuisti. ⁊ cum magno certamine deuixisti. vt merito diceres. Quis me liberabit de corpore mortis hui⁹. S3 tale quod tibi erit in ꝯtemplationis solacium ⁊ felicitatis augmentū. ¶ Sed quia illud solum verum gaudium quod nō de creatura sed d̄ creatore concipitur. cui omnis comparata aliunde iocunditas meror est. ⁊ omnis suauitas dolor est. postremo omne quod delectat molestū est. ideo per premissa omnia ad tuum auctorē diligendum excitaris tanq̄3 p gaudium accidentale. sed finaliter quietaris per gaudium essentiale. quod licet ieffabile sit. ex tribus tamen principaliter in beatis spiritibus creditur ꝑuenire. ¶ Primo gaudēt delectabiliter in perfecta et clarissima diuine claritatis contēplatione. Secundo gaudent dulciter in melliflua et suauissima diuine bonitatis degustatione. Tercio gaudent sempiternaliter in tranquil[li] ⁊ secretissima diuine maiestatis compꝛehensione. ¶ Hec aute3 tria tribus anime viribus correspōdent. Primo per prime veritatis contemplationē vis rationalis illuminatur. Secundo per summe bonitatis dilectionē vis concupiscibilis satiatur. Tercio per eterne maiestatis comprehensionē vis irascibilis q̄etatur ¶ Tūc ergo implebit deus in bonis desideriū tuum cum a ratione omnis error. a volūtate omnis dolor. a memoria omnis timor recesserit. ⁊ successerit illa quam speram⁹ mira serenitas. plena suauitas et eterna securitas. O igitur q̄3 digne dictum est d̄ te deus meus Melior est dies vna in atrijs tuis super milia. imo si non liceret in te delectari nisi sola vnius diei hora aut breuissima hore mensura ꝓpter hoc solum innumerabiles huius vite anni transitorij delicijs temporalib9 pleni. essent penit⁹ merito contemnendi Oro itaq3 domine de⁹ meus vt cognoscam te. diligam te. ⁊ eternaliter gaudeam de te. ⁊ si hic non possim pfecte. saltem crescat in spe gaudiu3 meū. vt in te et de te finaliter sit plenum.

¶ Hec premissa quatuor mentis exercitia sicut deriuant a christi doctrina sic figurantur in cruce dominica. vt in eis intelligatur esse crux quedam salutifera q̄tuor finibus terminata. in qua anima deuota cum christo sponso suo deb3 iugiter pendere meditādo. Cuius crucis primū brachium tendit ad regionem orientale3. secundū ad occidentalem. tertium ad aq̄lonarē. quartum ad meridionale3. in q̄b9 non corporaliter sed spūaliter pegrinādo debet anima sponsum suū querere ⁊ contemplādo inuestigare vt dicere possit cu3 sponsa. Quesiui quem diligit anima mea ¶ Licet autē sancti doctores de his plura scripserint. ex quoꝝ dictis egregius doctor Bonauentura quendā dyalogū vtilem compilauit. hec tamen pauca ex pluribus compendiose sub epylogo collecta sunt ad eruditionē et exercitationē simplicium. A quib9 pro qualicūq3 labore meo orationū suarū postulo suffragia. vt sic tādem per hec exercitia spiritualia ad illius pducamur gaudia sempiterna. qui est deus benedictus in secula seculorū. Amen.

¶ Explicit epylogus d̄ quadruplici exercitio spirituali a domino Petro de Allyaco. Cameracensi episcopo.

Tractatus Petri de ailliaco episcopi cameracensis de duodecim honoribꝫ sancti Joseph.

SI colligimus in vnum q̄ sparsim de sancto Joseph euāgelica scriptura cōmemorat. ìueniem⁹ pfecto eū m̄l'tꝭ priuilegijs magnisqꝫ laudū pconijs cōmēdatū. Propt' q̄ scā mater ecclesia solenne festiuitatis gaudiuꝫ de eo merito celebrare credenda ē. Igit' iā aggrediamur sancti hui⁹ venerāda honoꝝ insignia. ⁊ ea quibꝫ possumus laudibꝫ prosequamur.

Primus e⁹ honor est. ꝙ ex nobilissima stirpe regia ꝓpagat'. Testat' h̄ euangelista Matth. q̄ librū generōnis Jhesu xpi filij dauid ab abrahaꝫ inchoans. in cui⁹ semine omniū gentiū benedictio promissa est. p intermedias patriarcharū ꝓphetaꝝ ac regū generatōes vsqꝫ ad Joseph pgrediēdo describit. ita ꝯcludēs. Jacob aūt genuit ioseph viruꝫ marie de q̄ natus est ihūs qui vocat' xp̄s. O vera ⁊ virtuosa nō vana ⁊ ventosa nobilitas. Nascitur Joseph ex nobili semīe. nō quocūqꝫ. sꝫ ex alto semine regis. nō cuiuscūqꝫ. sꝫ ex benedicto semine dauid. illius nobilissimi filij patriarchaꝝ pcipui ⁊ eximij ꝓphetarum sanctissimi ac beatissimi regū.

Secundus sancti hui⁹ honor est qđ nō solū matris dei. sed etiā filij dei verus ꝯsanguine⁹ appellat'. Cur h̄ dixim⁹. Quia nascit' ioseph ex semīe dauid ex quo nascit' maria mater dei. regina celorum. dn̄a angeloꝝ. Ex quo etiaꝫ de maria nascit' xp̄s filius dei rex regū a dn̄s dn̄antium. Jdeoqꝫ xp̄s fili⁹ dauid dicit'. qꝛ filius marie que ex semine dauid nascit'. in q̄ xp̄s maria ⁊ ioseph vera ꝯsanguinitate iungūtur. Vn̄ cū Lucas euāgelista dixisset. missus est āgel⁹ Gabriel ad virginē despōsatā viro. cui nomē erat ioseph. subiūxit. de domo dauid. qđ nō tantū ad ioseph. sꝫ ad mariaꝫ ptinet. quia iuxta legis pceptū. ioseph mariā vxorem de domo sua ⁊ familia duxerat. Jdeo xp̄us veraciter ex semine ⁊ consanguinitate dauid natus est. quia icorrupta mater eius verā de stirpe dauid originem traxit.

Tertius honor ē ꝙ sacratissime virgini matri dei matrimonialiter desponsat'. Nā vt iam ꝯmemorauim⁹ ioseph virū marie. ⁊ mariā sponsaꝫ ioseph sancti euāgeliste fuisse ꝯfirmāt. Quod idē dictū est. nō qꝛ ioseph virili more huic spōse carnalit' copulat⁹. sꝫ quia virtuoso amore sibi sacramentalit' iunct⁹ fuerit. fuitqꝫ inter eos vere sacrū matrimoniū. licet nō extiterit carnali copula consummatum. O priuilegium singulare. Solus Joseph in domo Dauid. tantaqꝫ familia. ad tam sanctum cōiugiuꝫ dignus eligitur. solus deo approbante idone⁹ iudicat'. Sed quo signo quoue miraculo. de diuīa ipius electōe cōstiterit. Hic tacendū esse arbitramur. cū et hoc ab euāgelistis taceat'. Nos aūt nō apocrifa. sed sola hic euangelica testimonia ꝓsequimur.

Quartus honor est. ꝙ sanct⁹ hic spōsus virginitatis titulo decoratur. Sane iam desponsata fuerat maria ioseph. qn̄ euangelista teste missus ē angelus ad virginē. Cui cuꝫ ille diceret. ecce cōcipies ⁊ paries filiū. respondisse legitur. Quomodo fiet istđ qm̄ virū nō cognosco id est nūq̄ꝫ cognoscere ꝓpono. Igit' ⁊ sponsa erat ⁊ virgo. Et ꝯsentiēte sponso ppetue virginitatis ꝓpositū obseruabat. Vn̄ vera sanctoꝝ patrū tradit auctoritas. nō solum mariā sed etiam ioseph apud se disposuisse virginitatē seruare. nisi de⁹ alit' iuberet. eosqꝫ sic ꝯsensisse in ꝯiugalē societatē. vt vterqꝫ de altero reuelante spūsancto intelligeret. ꝙ virginitatē seruare vellet nisi de⁹ alit' inspiraret. Sicut ḡ diuino ꝯsilio in ꝯiugalem societatē ꝯsenserāt. sic virginitatē suā ordinationi diuine cōmiserant. Et h̄ secretum voti ṽginalis ꝓpositū. sibi mutuo verbis postea expresserūt. ⁊ ambo in virginitate diuine inspiratōi obediēdo pmanserūt. O igit' sancta ⁊ deo grata virginalis cōiugum societas. O q̄ꝫ venerādus est sanctus iste sponsus ⁊ virgo. qui sponsaꝫ virginē a deo sibi ꝯmendatā intemeratā ꝯuauit. quā postea eo vt credit' mortuo. fili⁹ ī cruce moriendo. virgo matrē virginē discipulo virgini ꝯmendauit. Qua in re xp̄s quant[illegible] ioseph dilexerit patenter edocuit. dū ad specialem curam custodiamqꝫ matris sue. ei discipulum quem plurimum diligebat. in mortis sue testamēto ꝯstituēs subrogauit.

Quintus honor est q̄ nõ solũ ad vir
ginis matris sȝ etiã ad filiũ eiꝰ obse
quia singulariter deputatur. Nec
eñ vna ratio est. quare despõsat̃ maria io/
seph. Nã ꝑut sanctoꝝ patrũ traditõe doce
mur. vltra generales causas ꝯiugij. huius
desponsatõis quedã cause speciales fuisse
dicunt̃. videlicet vt dyabolo partꝰ virginꝰ
celaret̃. vt Joseph esset testis castitatis. de
fendens eam ab infamia suspitionis. ne vt
adultera iuxta legẽ mosaycã dampnaret̃.
Postremo quãtũ ad h̃ ptinet qđ loq̄mur.
vt nõ solũ mater. sed etiã filius eiusdẽ ma/
tris ꝛ virgis. huiꝰ sponsi solatio sustentare
tur ꝛ obseq̄o foueret̃. O mira res. Joseph
suo sustentat ꝛ fouet auxilio. eũ qui susten/
tans ꝛ fouens oĩa. vniuerso ꝑsidet mũdo.
Quod vtiq̄ factum est non solum dum
puer Jhesus ministerio Joseph siue in e/
giptum eundo siue inde redeundo trans/
fertur. sed dũ toto ĩfantie ac puerítie decur
su. ab eo paternaliter educat̃. Uñ ihs euã/
gelio teste putabat̃ filꝰ ioseph. Nõ ideo so/
lum qꝛ spõsus erat marie. sȝ etiã qꝛ sibi oĩa
paterni amoris signa ꝛ obsequia videbat̃
ꝓbere. Quãobreȝ absq̄ vlla temeritate pia
fide credendũ est sanctũ ioseph xp̄m pueꝝ
sepenumero suis tractasse manibꝰ. gestasse
brachijs. ꝛ nutricis more iter suaues am/
plexus dulcia oscula sacris eius labijs im
pressisse. Uñ si in Johãne baptista venera
mur. q̄ xp̄m digito monstrauit. aut in ior/
dane lauit. si in Johãne euãgelista q̄ in ce/
na supra pectus dñi recubuit. valde in Jo
seph venerandũ. est q̄ xp̄m corꝑaliter tam
sepe tanq̄ familiariter ꝛ obsequiose tracta
uit.

Sextus honor est. q̄ ei tanq̄ celesti
secretario secretũ incarnatõis xp̄i
mysteriũ a deo ꝑ angelũ reuelatur.
Hoc eñ ꝑus missus Gabriel angelꝰ iam d
spõsate virgini nũciauit. Ecce inq̄t ꝯcipi/
es ꝛ paries filiũ. ꝛ vocabis nomẽ eiꝰ Jhesũ
Nec solũ humane sȝ etiã diuine generatio
nis archanũ patefecit dicẽs. Hic erit ma/
gnus ꝛ filius altissimi vocabit̃. Modum
quoq̄ quo ex ea deꝰ ꝛ dei filꝰ nõ humanitꝰ
h̃, diuinitꝰ fieret hõ. subiũxit. Spũs sctũs
inq̄t supueniet in te. ꝛ virtꝰ altissimi obũbra
bit tibi. Quod eñ ex te nascet̃ sanctũ voca
bitur filꝰ dei. Sȝ h̃ magnũ multiplexq̄ se
cretũ diuinũq̄ mysteriũ sponso suo virgo
celauerat. ꝛ q̄ angelo humiliter respõderat
ecce ancilla dñi fiat mihi scđm verbũ tuuȝ
etiã oĩa que circa h̃ spũsctũs facere dispo/
suerat. humiliter expectabat. Postea ḡ ipsi
sponso ab eodẽ vt credit̃ angelo. xp̄i incar/
natio reuelat̃. Quod euãgelista Matthęꝰ
ita ꝓsequit̃. Xp̄i inq̄t generatio sic erat. Cũ
esset despõsata mater Jhesu maria ioseph.
anteq̄ ꝯuenirent. inuenta est in vtero hñs
de spũsancto. Qđ aũt ait. anteq̄ ꝯuenirent.
Lucas euãgelista manifestꝰ aperit. dicens
q̄ postq̄ discessisset ab ea angelꝰ. exurgens
maria abijt in montana cũ festinatõe in ci
uitatẽ iuda. ꝛ intrauit in domũ Zacharie.
Hoc est eundo ad opidũ. in q̄ ip̄e Zachari
as dicit̃ habitasse. quarto miliario a Jhe/
rusalẽ. per illã ciuitatẽ verisimilit̃ transisse
credit̃. Que ciuitas iuda dicit̃. nõ rõne tri
bus. cũ essȝ de tribu beniamin. sed ratione
regni. cuius ip̄a caput fuisse ꝓhibet̃. Jn il/
la ergo domo Maria salutauit Elizabeth
matrẽ iohãnis. ꝛ exultauit infans in vtero
eius. Jp̄a quoq̄ mariã magno cũ honore
suscipiens. eã matrẽ dñi sui. ꝛ beatam vera
citer ꝓphetauit. ꝛ tunc edidit maria canti/
cum dicens. Magnificat anima mea do/
minũ. Et exultauit spũs meꝰ. in deo saluta
ri meo. Mansit autẽ maria cum illa quasi
mensibꝰ tribus. O benedicta et vere beata
societas. nõ vtiq̄ ociosa. sed obsequiosa in
dei laudibꝰ ꝛ bonis operibꝰ occupata. Mi
nistrasse eñ credit̃ maria cognate sue. vsq̄
quo pareret. Unde ꝛ in libro iustoꝝ legit̃.
eam ꝑmo de terra. natũ Johãnẽ subleuas/
se. Postea vero reuersa est maria in domũ
suã in ciuitatẽ nazareth Hoc ẽ ergo q̄ mat
theus ꝑdictis omissis breuiter ait. Anteq̄
ꝯuenirent. id est postq̄ maria cũ elizabeth
manserat. postq̄ in domũ suã redierat. an
teq̄ ip̄a ꝛ ioseph qui iudeoꝝ more despon/
sati fuerant per aliquot dies ante cohabi/
tationem assiduã. anteq̄ ip̄i conuentu ma
trimoniali pariter habitarẽt. anteq̄ simul
coniugalẽ societatẽ haberent. vel si placet
exponere anteq̄ conuenirent. id est per car
nalem copulã cohabitarẽt. nõ sic intelligẽ
dum est. quasi postea hoc modo conuene/
rint. sed simili locutione qua de aliquo di/
ci solet. anteq̄ penituerit morte preuentus
est. Uel intelligi potest anteq̄ conuenirẽt.
id est ante proximũ tp̄s quo nuptiaꝝ solen
nia celebrarent. inuẽta est a viro suo de spi

ritusancto in vtero habens Sed quia hoc de spiritu sancto esse nonduz ipse nouerat. Ideo mattheus subiunxit. Joseph autem vir eius cum esset iustus ꝛ nollet eam tra/ducere: id est in ꝯiugem accipere. quasi ad sua transducere. vel eam publicare. detegere. seu diffamare: voluit occulte dimittere eam. Hec aūt eo cogitante. ecce angel⁹ do/mini in somnpnis apparuit ei dicēs. Joseph fili dauid noli timere accipe mariā coniu/gem tuā. Quod em̄ in ea natū est. id est iaz conceptum. ꝛ in proximo nasciturū. de spiritusancto est. Hoc est non humano ꝫ di/uino opere. non virili semine. sed virtuoso spiritussancti spiramine incarnatum: Nec ei angelus solū incarnationis. sed etiā futu re per eam humane salutis mysteriū nun/ciauit. Pariet inquit filiū. ꝛ vocabis nomē eius ihesum. Causam vero ꝛ interpretati/onem nominis subiunxit. Jpse em̄ saluum faciet populū suū a peccatis eoꝝ. Qđ cum solius dei ꝓpriū sit. in hoc breui verbo ma/gnum diuinitatis sacramentū ihesum. vi/delicet non purū hominē sed verum deuz esse notauit.

S Eptimus sancti huius honor est. ꝙ ipse iustus euangelico testimo/nio cōprobatur. Joseph inquit vir eius cū esset iustus. Uenerandū sane de viro marie testimoniū. Nihil tale de ioachiz nihil tale de anna parentib⁹ eius euangelium loquitur. licꝫ ꝛ hij iusti ꝛ sancti fuerint a quibus om̄is iusticie ꝛ sanctitatis radix. origoqꝫ processit. pia fide credēdū sit. Nec parū estimes quod ait. Cum esset iustus. Ħ est em̄: Cū esset fide spe ꝛ charitate. om̄iqꝫ bonorū morū virtute. ac om̄i virtutū honestate probat⁹. Jn scripturis em̄ iusticie no/mine. virtuose vite sanctitas generaliter accipitur. Hic tamen specialiter ex eo iustus dicitur. quia anteqꝫ angelo reuelante. ma/riam de spiritusancto concepisse cognosceret. noluit eam traducere. id est in coniugē ducere. vel vt greca littera habet. noluit eā ꝓpalare. sed voluit occulte dimittere eam. Qui locus expositione indiget. Cum esset inquit iustus. Quare iustus. Quia fide iustificatus. Quomodo fide iustificatus Sicut antiquus pater eius. pater multaꝝ gentium abrahā. de quo ait apostolus. Credidit abrahā deo: ꝛ reputatū est ei ad iusticiā Joseph ergo iustus fuit. quia fideliter credidit. Sed quid credidit. Nō vtiqꝫ vanas ꝛ humanas superstitiones. sed veras ꝛ di/uinas promissiones. que facte fuerant pa/tri suo dauid. Ideo etiā angelus vocauit eum filiū dauid. vt cognosceret qđ ꝓmissū fuerat domui patris sui dauid. Quid pro/missum. Sane ꝙ de domo sua promissus in lege messyas nasceretur. Quomo nasceretur. Non de virili semine. sed de femina virgine. Cur hoc credidit. Quia deo cre/didit. cui cū patre suo dauid dicere potuit Adhesi testimonijs tuis dn̄e Adhesit quippe diuinis testimonijs. adhesit testib⁹ ꝓpheticis. adhesit ꝛ credidit isaie ꝓphete. imo verius deo per prophetā dicenti Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filiū. ꝛ vocabit nomē ei⁹ emanuel. qđ est interpretatū nobiscū deus id est inter homines homo deus Credidit ergo ioseph xp̄m deū ꝛ hominez. de domo dauid ꝛ de virgine nasciturū. Qua fide iustificatus vere iustus vocatus est. Eadem em̄ fide iustificamur credentes esse factum qđ ille credidit esse fiendū. Sed quid ē cū esset iustus ꝛ nollet eā propalare. voluit occulte dimittere eam. Sane cū ipe iustus ꝑ iusticiā fidei crediderit xp̄m nasciturūz de virgine. ꝙ tamē de hac virgine nasceretur. nō plene credidit. nec tamē penitus discredidit. sed inter vtrūqꝫ dubius. ne peccaret temeritate leuitatis. in hac certitudine diu prudenter deliberans cogitauit. Quid cogitauit. Cogitauit mariā de domo dauid ortam exisse Cogitauit se de eadē domo eā virginē accepisse. ꝛ a se intactā etiam inter suos iustos vtiqꝫ ꝛ sanctos eam sanctā ꝛ i/maculatā seruasse. Non ergo temerarie ꝑ/sumebat cogitare. eam esse adulterij culpabilem. quā sic seruauerat innocentē. ꝫ hāc rem admirās. quid hoc esset. ꝛ vnde in vtero haberꝫ. aut qualiter super hoc deus disponeret. dubius ignorabat. Ideoqꝫ inter hec quasi mediā eligens vitā ꝛ tanqꝫ iustus eam voluit dimittere. ne rei incognite con/sentiendo corā deo se reū faceret. tanqꝫ pi/us eam noluit propalare. id est hoc noluit palam sed occulte facere. ne innocentē co/ram hominib⁹ proderet. ꝛ si palam fieret vt adultera punire℞ Quia ergo ioseph hec iuste ꝛ pie cogitabat. ideo apparitione angelica consolatur. ꝛ propositū suū meliori consilio cōmutatur. quia om̄i suspitione adulterij. om̄iqꝫ dubietate relicta. ipe angelo re

uelante mariã de spiritusancto concepisse statim credidit. eamq; in coniugẽ euangelista teste. sine cunctatione recepit. Exurgẽs inquit ioseph a sompno fecit sicut precepit ei angelus dñi. et accepit coniugẽ suã. id est eam que prius sponsa fuerat in vxorẽ duxit Sicut ergo in ioseph ante reuelationẽ angeli fuit pia iusticia. et iusta pietas: sic postea in eo nõ defuit humilis obediẽtia et obediens humilitas. O igit sancte et iuste ioseph quomodo de re tanta. tam noua. tam inaudita. tam cito firmiter credis. et vnico sompno tam certitudinaliter acquiescis. Non credo inquis sompnio. sed angelo. Nec tãtum angelo exterius dicenti. sed magis deo interius docenti. et cordi meo interna reuelatione huius rei certitudinẽ confirmanti Tu ergo exemplo tuo nos cõfirma. tu oratione tua nos adiuua. cõfirma in nobis tue certitudinis firmitatẽ. adiuua i nobis nostre credulitatis infirmitatem.

Octauus honor ẽ. q xpo nato hoc nomen ihesus. a deo sibi eternaliter impositũ. et ab angelo temporaliter reuelatũ. a sancto ioseph hominibus solenniter publicatur. Audiamus quid de christo nato Mattheus loquitur. Postq̃ enim dixerat q ioseph accepit eam coniugem suam. statim ne coniunx eius per carnalẽ copulam crederetur subdidit. Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum. Et vocauit nomen eius ihesum. Ubi et natiuitatem eius de virgine. et publicationẽ nominis eius in circũcisiõe breuiter insinuat. Per hoc enim qđ ait et nõ cognoscebat eam donec peperit filiũ suum primogenitũ. Christum de virgine natum fuisse demonstrat Nec dicitur donec peperit filium suũ primogenitũ. quasi postea eã ioseph cognouerit. aut quasi alium filium postea maria pepererit. Sed primogenitus dicitur. id est ante quẽ nullus prior. sed nõ post quẽ alius posterior. Nam et ante et post talem ac tantũ partũ. decuit vt sponsus virgo cum sponsa virgine permaneret. Per hoc vero q de xpo nato subiungitur. Et vocauit nomen eius ihesum. Huius nominis impositio seu precedentis iam impositiõis publicatio. non statim post natiuitatẽ pueri facta esse credẽda est. sed octauo die. quo circũcisio fieri lege moysayca mandabat. Hec aũt que mattheus cõmemorat breuiter. apertius Lucas exponit. ascendit inqt et Joseph a galilea de ciuitate nazareth. in iudeam ciuitatẽ dauid. que vocatur bethleem. eo q esset de domo dauid. vt profiteretur cum maria vxore sua pregnante. id ẽ vt iuxta edictũ cesaris soluendo tributũ. se subditum romano ĩperio fateretur. Factũ est aũt cum essent ibi. ĩpleti sunt dies vt pareret. Et peperit filiũ suũ primogenitum. id est vnigenitũ. In lege enim primogenitum dicitur omẽ qđ primo aperit vuluam etiam si nihil aliud subsequatur. Eum ergo pãnis inuoluit et reclinauit in presepio. q2 non erat ei locus in diuersorio. Cum enim pauperes essent. propter frequentiã multitudinis que ibi conuenerat. nec ꝓpriam domũ habebant. nec in cõmuni loco habitaculum nisi presepiũ. vbi sepe recipientes diuerterunt. O mira xpi et parentũ eius paupertas. et tamen veneranda huius paupertatis humilitas. que ab angelis veneratur a pastoribus angelo docente visitatur. a regibus stella ducente adoratur. Sed hiis omissis veniamus ad id quod de impositione nominis Lucas prosequitur. Postq̃ inquit consũmati sunt dies octo. vt circũcideretur puer. vocatum ẽst nomẽ eius ihesus. quod vocatum est ab angelo priusq̃ ĩ vtero conciperetur. Prius enim ante conceptionem ipsi marie. deinde ante natiuitatem ipsi ioseph ab angelo dictum est. vocabis nomen eius ihesum. Postea vero ĩ circũcisione hoc nomen fuit a parentibꝫ publice et solenniter declaratũ. O salutare nomen. O nomen gaudiosum. in quo magnũ salutis gaudium nunciatur. Quorũ gaudium. Sane marie et ioseph gaudium singulare. qui hoc ab angelo meruerunt audire. qui hoc primi mundo meruerũt publicare. Sed tamen non solum eorum fuit hoc gaudium. non solum huius aut illius hominis. sed totius humani generis. nec solum hominũ. sed etiam angelorum. dicente angelo ad pastores. Ecce euangelizo vobis gaudiũ magnũ quod erit omni populo. q2 natꝰ est nob hodie saluator q̃ est xpus dñs. Et q2 saluator iõ ihs. q2 ihs saluator ĩ terpretatur. Nec solum de hoc gaudio exultauit angelus vnus. sed angelorum multitudo. laudantium deum et dicentium. Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibꝫ bone voluntatis. Gloria in celis. pax in ter

ris. Gloria in celis deo patri qui glorifica tur per filium. pax in terris hominib9. non omibus. sed homibus bone volūtatis. qr talibus pax facta est cum deo patre per filium. Hoc igitur gaudiū magnū quod angelus euāgelizauit pastoribus. sanctus ioseph publice z solenniter omib9 euangelizauit homib9. Unde nō immerito eū ꝓthoeuangelistaȝ possumus nominare. quia inter homies primus nomē euangeliste meruit obtinere.

Nonus honor eius est ꝙ ipō presente multa z magna ac mira nostre fidei mysteria declarantur. Presens erat ioseph quando xp̄s nascebatur. quando a pastorib9 mira de eo dicebantur. Nā cum ipsi postq̄ȝ angelorū claritatē viderāt postq̄ȝ angelorum vocē audierant. venissent in bethleeȝ sicut Lucas refert inuenerunt mariā z ioseph z infantē positū in presepio. z mirati sunt de hiis que dicta erant a pastoribus ad ipos. Cur non mirarētur quando eis miranda dei miracula narrabantur. Mirabātur. z ideo propter admirari ceperunt philosophari z diuinitus cōtemplari. Nam maria conseruabat omnia verba hec conferēs in corde suo. Et si hoc de maria dicitur. quia hec omnia contemplabatur profundius. Joseph tamē eadē per cordis contemplationē fideliter cōseruasse creditur. Presens etiā erat ioseph qn̄ xp̄us circūcidebatur. quando innocēs sanguis eius fundebatur. Tunc propter nos xp̄i passio. tunc propter xp̄m ioseph cōpassio incohoabatur. Presens erat quādo xp̄s a magis adorabat̄. quando ei mystica munera offerebantur. Jn quibus triū magorum munerib9 sancte trinitatis fides prefigurabatur. Presens erat quando xp̄us in templo presentabatur. quando in eo cuncta que scd̄m legem moysi fieri debuerant implebantur. Nam sicut Lucas ait. postq̄ȝ impleti sunt dies purgationis marie scd̄m legē moysi. tulerūt eū parentes eius in iherusalem. vt sisterent eum dn̄o. id est offerēdo presentarent. Et dederunt hostias pro eo. par turturȝ aut duos pullos columbarȝ Jnsuper redimerunt eum quinq̄ȝ siclis argenti. O ingens humilitas xp̄i. A parentibus innocens redimitur. qui pro parentū z omniū redemptiōe mūdo nascitur. Et q̄ legis dn̄s est. consuetudinis legis seruitutem subire non veret̄.

Decimus honor ē ꝙ hic sanctus ioseph nō solum veterū. sed etiaȝ nouorū ꝓphetaȝ oraculis de hiis que de xp̄o futura erant edocetur. Refert enim Lucas ꝙ cum inducerent puerū ih̄m parentes eius vt facerent scd̄m consuetudinē legis pro eo. erat homo in iherusalē cui nomen symeon. qui cum senex esset acceperat tamen a spiritusancto non visurū se mortē nisi prius videret xp̄m dn̄i. Unde eodē spiritu venit in templū z accipiens pueruȝ in vlnas. diuinitus cognoscens euȝ esse xp̄m canticum edidit dicens. Nūc dimittis seruum tuum dn̄e. scd̄m verbū tuum in pace. Et ꝓphetans de xp̄i passione ait ad mariaȝ Et tuā ipius animā pertransibit gladius. id est passio ipius. Eadem hora superuenit z anna ꝓphetissa. z loquebat̄ de illo omnibus qui expectabant redemptionē israel Et erant pater eius z mater. ioseph scilicet pater eius putatiuus z vera mater ei9 maria mirantes super hiis que dicebantur d̄ illo. per ea tamen que mirabātur. per ea miranda que dicebantur. plus z plus ꝯtinue docebantur.

Undecimus honor est. ꝙ sanct9 iste nō solum ꝓphetica sed etiam angelica allocutione sepe familiarit̄ cōsolatur. Nam quatuor vicib9 angelū verba consolationis z locutū fuisse euangelio Matthei referente legimus. Primo cū de impregnatiōe vteri virginalis dubius hesitaret. ad eius ꝯsolationē angelus ei i somnis apparuit dicens. Noli timere accipere ꝯiugem tuā. Deinde cū ob persecutionem herodis angelus eum consolans. iteruȝ in sompnis apparens ait. Surge z accipe puerum z matrē eius z fuge in egiptuȝ. z esto ibi vsq̄ȝ dum dicam tibi. Futurū est enim vt Herodes querat puerū ad perdendum eum. O mira res. Xp̄us fugit qui aliorȝ refugium est Sed ꝙ fugit nō timoris est sed significationis. vt mēbris suis exemplū fugiendi daret sicut eos in euangelio docet. Si vos persecuti fuerīt in vna ciuitate. fugite in aliam. Tertio cū ad monitionē angeli ioseph fugisset in egiptū. z ibi per septennium remansisset. rursuȝ in sompnis eius angelo dictū est. Surge z accipe puerū et matrē eius. z vade in terrā israel. defuncti em̄ sunt qui querebant animā pueri. Po/

stremo, cum defuncto herode de egipto venisset in terram israel. audiens quod archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo timuit illo ire. et ammonitus in sompnis secessit in partes galylee. Et veniens habitauit in ciuitate que vocatur nazareth. Ex quibus liquet. quantus amoris zelus. quantaque prouisionis ac diligentie cura erat huic sancto ioseph erga puerum ihesum. Cuius ei custodia sic diuinitus specialiter commissa est. vt de hijs que erga eum gerenda erant non ad mariam sed ad ioseph deus per angelum totiens loqueretur. Sed quare angelus qui marie vigilando apparuit. ipsi ioseph semper in sompnis apparuisse legitur. Sane hoc conuenienter fieri potuit et decuit. vt quia ioseph circa impregnationem virginis quadam dubietate animi velut sompno quodam spirituali oppressus fuerat prius. ideo non manifesta et diurna. sed occulta et nocturna visione ei angelus appareret. Ubi etiam potestas angeli apparentis ostenditur. qui quando et quomodo voluit. se videndum exhibuit.

Duodecimus honor est. quod non solum dei mater. non solum reginam celorum et dominam angelorum. sed etiam dei filius rex et dominus omnium. cui omne genu flectitur celestium terrestrium et infernorum. huic sancto ioseph humiliter obediendo subicitur. de qua subiectionis obedientia. et obedientie humilitate Lucas euangelista ita scribit. Puer inquit crescebat et confortabatur plenus sapientia. et gratia dei erat cum illo. O res noua. Jam erat in puero sapientie plenitudo. Cur ita Quia gratia dei. immo deus qui charitas est et gratia. per superhabundantem et singularem plenitudinem erat cum illo. Et ibant inquit parentes eius per omnes annos in iherusalem in die solenni pasche. Et cum factus esset ihesus annorum duodecim ascendentibus illis iherosolimam. dum inde redirent. remansit ibi puer ihesus et non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum in comitatu esse. quia eos tanquam eis humiliter obediens et subditus sequi consueuerat. venerunt iter diei. et requirebant eum inter cognatos et notos. Et non inuenientes regressi sunt in iherusalem Ubi post triduum inuenerunt illum in medio doctorum audientem illos et interrogantem. Quid mirum si puer ihesus vt doctor sapientie. in medio doctorum sedebat. qui iam sapientia plenus erat. Stupebant tamen omnes qui eum audiebant. super prudentia et responsis eius. Et videntes admirati sunt Et dixit mater eius ad illum. Fili quid fecisti nobis sic. Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Ubi dei mater se subditam esse ioseph. humiliter insinuauit. dum eum honorando patrem christi nominauit. eumque nominando sibi reuerenter pretulit. Ecce inquit pater tuus et ego Cui respondens ihesus. non eam solum. sed etiam ioseph alloquitur dicens Nesciebatis quia in hijs que patris mei sunt oportet me esse. Cuius patris. Non vtique patris terreni. sed eius cui dicitur. Pater noster qui es in celis. Cuius christus filius erat. non per temporalem creationem. sicut homines singuli Nec solum per specialem adoptionem. sicut homines sancti. sed per eternalem generationem. qualiter nulli alij. sed solus christus singulariter dicitur filius dei. de quo ait. Nescitis quia in hijs que patris mei sunt oportet me esse. Non vtique patris mei ioseph. qui non est pater meus verus sed putatiuus. sed in hijs que sunt dei patris. qui est solus et verus pater meus. O altum mysterium. et nondum tunc plene hominibus explicatum. Ideo sequitur. Et ipi non intellexerunt verbum. quod locutus est ad illos. Quod verbum. Illud sane quod iam premisimus. In quo vt tetigimus christus diuine sue generationis. et eterne emanationis. et per consequens sancte trinitatis archanum verbo suo licet obscuro voluit innuere. Hoc tamen verbum sicut et alia verba maria contemplabatur profundius. Ideo subditur. quod ipsa conseruabat omnia verba hec conferens in corde suo. Conferebat verba vocalia que dicta erant de verbo eterno. Conferebat verba que audierat de suo et eterni patris filio. De hoc ergo tam excelso. et tam excelsi patris filio audiamus quid sequitur. Et descendit inquit cum illis. et venit nazaret. et erat subditus eis. Quid est hoc Quibus erat subditus. deus et dei filius. Utique ioseph et marie parentibus eius. et principaliter ipsi sancto ioseph. Cui etiam maria tanquam vxor humilis subdebatur Uere humiliter viro suo subdita et obediens fuit. que omnibus vxoribus immo virginibus exemplum humilitatis prebuit. que omnes vtriusque status mulieres humilitate precessit. que deo humilitate magis quam virginitate aut alia virtute placuit. ipa dicente et hu

militer om̄ib⁹ ꝯfitente. Quia respexit dn̄s
humilitatē ancille sue. ecce eīm ex hoc bea/
tam me dicent om̄es generationes. Nō so
lum ergo maria. sed etiā ihesus filius eius
sancto ioseph humiliter subditur. O mira
⁊ stupenda nouitas. O noua ⁊ mirāda hu
militas Subditur seruo dn̄s. humiliatur
homī deus. subditur ⁊ humiliatur seruo par
uo ⁊ humili magnus dn̄s ⁊ deus om̄ipo/
tens. nō tamē in forma dei. sed in forma ho
minis pro seruis suis vt apostolus ait for/
mā serui accipiens. Et merito iure nature
xp̄us scd̄m hominē ipi ioseph subditur. a q̄
xp̄us homo pascitur. a quo sibi humane vi
te necessaria ministrantur. Sed vnde mi/
nistrantur. Profecto de labore manuū io/
seph. Credimus mariā ⁊ ioseph pauperes
fuisse. nō tamen legimus eos aliquādo mē
dicasse. Ideo concludimus suā ⁊ xp̄i pau/
perem vitā ꝓprio labore manuū sustentasse
vt illam patris sui Dauid ꝓpheticā beatitu
dinem mererent. Labores manuū tuarū
quia mādicabis. beatus es ⁊ bene tibi erit
O mirandū prodigiū. Ex labore ioseph
illi vita ministratur qui sine labore mini/
strat omnibus vitam. Ex labore Ioseph
ille pascitur. qui sua virtute esurientes refi
cit. Ex labore ioseph ille terreno pane refi/
citur. qui in celo sine esurie semper viuens
ait. Ego sum panis qui de celo descendit.
Et ideo quia de celo descendit ideo in ter/
ra pascitur. ⁊ a sancto ioseph terreno labo/
re sustentatur. Sed quo labore. Hoc sane
in euangelio expresse nō legitur. sed ex hoc
innuitur quia matthe⁹ recitat q̄ cū venisset
ih̄s in patriā ⁊ doceret in synagogis iudei
admirantes dicebant. Un̄ huic sapiētia et
v̄tutes. Nōne h̄ est fabri fili⁹. Uel vt lucas
narrat. Nōne hic est faber ⁊ fili⁹ marie. Ex
q̄ dat intelligi ioseph fabrū fuisse. ⁊ fabrili
ope laborasse. ac iō iudeos xp̄m fabrū sicut
⁊ patrē suū putatiuū estimasse. Un̄ ⁊ ꝓpter
h̄ scandalizabant in eo. Ih̄us aūt dixit ei.
Nō est ꝓpheta sine honore. nisi ī patria sua.
Et nō fecit ibi virtutes multas ꝓpter incre
dulitatē eoꝝ. O ꝑuersa iudeoꝝ īcredulitas
O magna increduloꝝ cecitas Quē verbis
⁊ factis. quē virtutib⁹ ⁊ miraculis xp̄m eē
cognoscūt. ob generis noticiā ⁊ parentalis
originis paup̄tatē ꝯtempnūt. Et eū vocā/
tes fabrū ⁊ fabri filiū. superbe despiciunt.
Non tamen absq̄ mysterio xp̄s faber ⁊ fa/
bri filius dici voluit. ⁊ hoc ab euangelistis
recitari. Nō vtiq̄ illius fabri quē putabāt
illi. sed dei fabricatoris omniū. cui⁹ diuine
propagationis spiritualē originē carnales
iudei ignorabant. Ideo humane genera/
tionis carnalē prosapiā solum cogitantes.
nec tamē satis ⁊ vt dignū erat consideran/
tes xp̄m ignobilē reputabant. Non sic aūt
nos. sed in xp̄o diuine ⁊ humane originis
nobilitatē cognoscentes. ⁊ in eo parentes
eius ⁊ eū in suis parentib⁹ veneramur.

AD xp̄i ergo venerationē ⁊ sacra/
tissime virginis matris ei⁹ simul
q̄ sanctissimi ioseph. qui eius vt
premisimus fuit ī hac mortali vi
ta multiplici familiaritate ⁊ fami
liari societate ꝯiunctus. ⁊ nunc in vita eter
nā est eis mirabili iocunditate ⁊ iocūda fe
licitate ꝯsocius. Nos predicta laudū ho/
norūq̄ p̄conia. eorū adiuti meritis ꝓsecu/
ti sumus. ⁊ ex hijs que de eo sparsim in euā
gelijs scripta sūt p̄notatos duodecī hono
rum titulos collegim⁹. ex q̄b⁹ sanct⁹ iste q̄si
corona stellarū duodecī seu totidē p̄cioso/
rum lapidū honoratus fulget in terris. ⁊ ī
celis rutilat coronat⁹. Un̄ quia scriptū est
hoc honore dignus est quē rex voluerit ho
norare. Dignū arbitramur eū ab homib⁹
valde honorandū. ⁊ magna veneratōe ve/
nerandaq̄ celebritate ac celebri festiuitate
colendū. quē rex regū tot honoꝝ insignijs
voluit extollere. Sȝ cur iste sanct⁹ tantū
meruit honorari. Sane q̄ multū voluit
humiliari. Sic eīm in eo impletū est illud
qd̄ xp̄s ait. Qui se humiliat exaltabit. Et il
lud quod mater eius maria cecinit. Depo
suit potentes de sede. ⁊ exaltauit humiles.
Hoc nāq̄ beata illa virgo nō solū de seipa
sȝ etiā de beato sponso suo specialiter dixis
se credēda est. quē deus cū ea licet nō eque
singulariter. tamē valde sublimiter exalta/
uit. Unde secū illud canticū merito decā/
tare potuit. Magnificat anima mea dn̄m
Et exultauit sp̄us me⁹ in deo salutari meo
Quia respexit humilitatē ancille sue. sȝ eti
am serui sui. ecce eīm ex hoc beatā me dicēt
om̄es generationes Quia fecit mihi domi
nus magna. Quomō magna Quia inquit
me mirifice magnificauit ⁊ magnifice au
mētauit Et iō nomē ioseph īterp̄tat augmē
tū. q̄ ipe pu⁹ ⁊ hūilis de mag ⁊ sublimi do
mo dauid. de p̄uo magn⁹ de hūili sublimis

fieri meruit. Et per humilitatez que est vir tutum omnium fundamentum. augmentum gratie z glorie consequi dignus fuit. O magna sancte hũilitatis merita. O magna diuine largitatis munera. O q̃ vere dicere potuit sanctus ioseph Quia fecit mihi domin⁹ magna. Sed quare fecit. Quia inquit potens est z sanctum nomen eius. Ac si diceret. Non ex me. sed ex se fecit. Nõ ex mea sed ex sua potestate. Non ex mea sed ex sua pietate hec magnalia fecit. Nec aliũ de fecit. nisi quia potuit z voluit. Potuit sũma potestate. quia inquit potens est. Et id singulariter potens. quia solus om̃ipotẽs. Voluit summa pietate. quia sanctum nomen eius. Cuius eius. Jllius de quo dicitur. Vocatum est nomen eius ihesus. Et quia ihesus ideo pius. Sola enim z summa pietate fieri voluit nobis ihesus. O igitur sanctum nomen eius. quia inter plurima sancta dei nomina. vere specialiter sanctum est nomen ihesus. Nomen in se sanctum. z in nobis sanctificatum. Nomen d quo dicere possumus sanctificetur nomen tuum. Nomen de quo ipsemet ait. Quidquid petieritis patrem in nomine meo fiet vobis. Quia ergo in te z per te o potentissime z pijssime ihesu. fecit dominus magna sancto suo ioseph. ideo te magnificare decet. z ad laudem tui nominis hunc tractatum in huius orationis verba finire.

Oratio.

Domine ihesu christe eternaliter deus de deo. z ineffabili humilitate temporaliter homo factus de virgine. qui sanctum ioseph beate Marie matri tue. virginem virgini desponsari. z humilem humili sociari voluisti. z eum de paruo magnum. de humili excelsuz multis virtutibus z magnis honoribus augmentatum mirabiliter sublimasti. Da nobis quesumus eius exemplo meritis z precibus cum cordis z corporis mundicia veraz humilitatis virtutem. nobisq; in humilitate fundatis. da fidei spei z charitatis. omniumq; virtutum augmentum. vt per virtuosa merita. gloriosa secuz premia consequi valeamus. Qui cum patre z spiritusancto viuis z regnas de⁹ Per omnia secula seculorum. Amen.

Explicit tractatus Petri episcopi Cameracensis. de duodecim honoribus sancti Joseph.

Deo gratias.

¶ Tractatus de anima Incipit prologus.

Veterũ tradit auctoritas. diuinũ esse illud apollinis oraculũ. Nosce te ipm. Nimis ergo errat q̄ seipm ignorans. alia noscere desiderat. Nõ pt aũt homo noscere seipm. si ignoret id qđ in eo est diuinissimũ. h̄ est aiaʒ suam. reʒ in eo deo simillimã. Quapropter de aia ⁊ hijs q̄ sunt in ea tractatũ hunc breuẽ. nõ ad puectoꝝ eruditionẽ. sʒ ad meipius instructõeʒ ex pbabilioribꝰ sapientũ sentẽtijs cũ dei auxilio ꝯpilabo. a cõioribꝰ ad specialiora hoc ordine pcessurus. ¶ Explicit prologus.

¶ Sequũř capitula eiusdẽ tractatus de aĩa ꝯpilatus a reuerẽdissimo dño dño Petro de aillyaco sacre theologie doctore. q̄ndã ccãcellario parisieñ. postea Aniceñ. epo ⁊ Cameraceñ. deinde scẽ romane eccl'ie. tit. sc̄ti grisogoni p̄sbytero Cardinali.

¶ Primũ capitulũ erit de anime diffinitõe ⁊ eiꝰ diuisione in vegetatiuã sensitiuaʒ ⁊ intellectiuã. ¶ Secundũ de aĩa vegetatiua ⁊ eiꝰ potẽtijs. ¶ Tertiũ de aĩa sensitiua quantũ ad eius potẽtias deforis apprehensiuas. ¶ Quartũ de ea quantũ ad eiꝰ potẽtias ab intus apprehensiuas. ¶ Quintũ de ea quantũ ad eiꝰ potentias motiuas. ¶ Sextũ de aĩa intellectiua quantũ ad eius potentiã cognoscitiuã. ¶ Septimũ de ea quantũ ad eius potentiã volitiuã. ¶ Octauũ de hijs que sunt in aĩa. ⁊ pmo de speciebus rerũ sensibiliũ in medio. ¶ Nonũ de speciebꝰ reꝝ sensibiliũ in sensu vel organo ¶ Decimũ de speciebꝰ in ītellectu humano. ¶ Undecimũ de actibꝰ aĩe. ⁊ pmo de actibus cognoscendi aĩe sensitiue. ¶ Duodecimũ de actibꝰ cognoscẽdi aĩe intellectiue. ¶ Tertiũdecimũ de actibꝰ appetẽdi potẽtie volitiue. ¶ Quartũdecimũ de passionibꝰ aĩe. h̄ est de actibꝰ appetẽdi potentie sensitiue. ¶ Quintũdecimũ de habitibꝰ aĩe tam potentie sensitiue q̄ȝ intellectiue ac etiã volitiue.

Diuisio anime quo ad sua accidentia.

- Accidẽtia aĩe
  - Spẽs
    - Sensibilis
    - Intelligibilis
  - Actꝰ
    - Cognitões
      - Sensationes
      - Intellectiones
    - Affectões
      - Uolitões
      - Passiões
        - Appetitꝰ ꝯcupis. — Amor. odiũ ꝺsiđriũ fuga ꝺlectatõ dolor
        - Appetitꝰ irasci. — spes. ꝺspatio audacia timor
  - Habitꝰ
    - Sẽsuales
    - Intellectuales
      - Practici
      - Speculatiui
    - Affectõnales

Ista figura ꝯtinet in se diuisionē anime quo ad suas potētias.

- Vires anime
  - Vegetatiua
    - Nutritiua
      - Attractiua
      - Retentiua.
      - Digestiua
      - Expulsiua
    - Augm̄tatiā
    - Generatiā
  - Sensitiua
    - Apprehensiua
      - Exterius
        - visiua
        - auditiua
        - olfactiua
        - gustatiua
        - tactiua.
      - Interius
        - sensus cōis
        - imaginatiā
        - estimatiua
        - memoratiā
    - Motiua
      - Appetitiua
        - cōcupiscibil'
        - irascibilis
      - Executiua
        - naturalis
        - vitalis
        - animalis
  - Intellectiua
    - Cognitiua
      - Intellectus agens
      - Intellectus possibilis
      - Intellectus speculatiuus
      - Intellectus practicus
    - Volitiua
      - Affectiua que dicitur voluntas
      - Imperatiua q̄ dicitur libertas

¶ Sequitur predictus tractatus de aīa
¶ Capitulum primū.
¶ Prima ps. Anime diffinitio.

Q Uidditatez anime vmbratice sompniantes phi. de ea diuersa et aduersa senserūt. que oīa differere longum esset. Sz quia Aristotiles inter eos obtinens pncipatum animā pbabilius diffiniuit dicēs. ꝙ ipa ē substantialis corporis phisici organici. habētis vitā in potētia. Ideo huius diffinitōis explanationē psequamur. ¶ Est igit̄ hec diffinitio nō simpliciter quiditatiuā. quoniā talē dare nō ad phisicum ptinet. sed ad methaphisicū cuius est ꝯsiderare rōnes ꝗditatiuas reꝝ. quas phisicus considerat ī ordine ad motus ⁊ operatōes eaꝝ. Sed ē diffinitio naturalis explicite ⁊ ꝯuertibilit̄ indicans nō solum quid est anima. sed etiā cuius est. quoniā corporis phisici organici. Propter quid est quia propter vitam. siue propter vitalē operationē exercendam. Ideo Aristotiles predictā diffinitionē declarans per aliaꝫ notiorē dicens ꝙ anima est quo viuimus. id est quo aliquid viuit. capiendo viuere vt se extendit ad omnem operationē vitalē siue sit nutritio. sensatio. intellectio. siue alia vitalis motio. Animata eīm ab inanimatis nō apparent aliter differre. nisi exercendo aliquod opus vite.

¶ Est aūt prima diffinitio conuertibilis cum suo diffinito. quoniā omi anime conuenit vt patet inductiue ⁊ nulli alteri. qnin īmo per partes diffinitionis anima a quolibet alio concluditur differre. Per hoc eī quod dicit̄ actus differt a materia pma ꝗ ē pura potētia. ⁊ a composito quod resultat ex actu ⁊ potentia. ¶ Per hoc quod dicit̄ actus primus differt ab actibꝰ secundis. ꝗ sunt operationes vitales. Omnis eīm forma in ordine ad operationē ab ea procedētem dicitur actus pmus. ⁊ talis operatio actus secūdus. Per hoc quod dicit̄ substātialis differt a scientia. ⁊ aliis habitibꝰ qui sunt accidentia. ¶ Per h̄ ꝙ dicitur corpis phisici. explicatur causa materialis anime Corpus eīm non in quantū artificiale. sed in quantū phisicum. id est naturale ē subiectum anime. ¶ Per hoc ꝙ dicitur organici. anima differt a formis corporū simplicium vel elementoꝝ vel homogenioꝝ. quorum nullum est organicū. id est instrumentale siue instrumentū partiale alicuius totius corporis organici. ¶ Per hoc ꝙ dicitur vitam habentis in potētia. intelligitur ꝙ anima est actus corporis vitam habentis ⁊ est in potentia scilicet ad operationes vitales. vel est actus quo corpus habens eam dicitur actu viuens ⁊ qua circumscripta non esset viuens nisi in potentia. Et p hoc quocunqꝫ predictorum modorum intelligatur differt anima a forma oui vel seminis Ex quibus talem possumus anime diffinitionem colligere. Anima est forma substantialis corporis viuentis. potens in eo vitales operationes exercere. Et hec est clara completa diffinitio anime.

¶ Anima vero diuiditur in vegetatiuam: sensitiuam. ⁊ rationalem. seu intellectiuaꝫ. Que diuisio ex ipis actibꝰ siue operationibus concluditur. Licet eīm quelibet res a qualibet alia. seipa formaliter ⁊ intrinsece distinguatur. tamen scdm Aristotilē potētie distinguuntur per actus. id est per actꝰ cognoscuntur ⁊ concluduntur distingui. ¶ Quia ergo experimur in distinctis suppositis actū anime triplicem in genere. scilicet vegetare. sentire. ratiocinari. Ideo ex hoc concludimus triplicez esse animā. scilicet vegetatiuam vt in plantis. sensitiuam in brutis. rationalem in hominibus.

¶ Quidam vero dicunt has animas suis vniri corporibꝰ diuersimode scdm diuersas lucis essentias. ⁊ ꝙ est vna lux celi siderei que disponit ad susceptionez anime vegetatiue Alia est lux celi cristallini. que disponit ad susceptionem sensitiue. Et alia ē lux celi empirei. que disponit ad susceptionem intellectiue. Hoc autem magis videtur voluntarie dictum. ꝗꝫ ratione probatū ideo transeundum est velut superstitiosuꝫ

¶ Quinta pars. Triplicis questionis solutio. ¶ Sed circa predictam anime diuisionem. triplex occurrit questio. Prima est vtrum in eodem supposito anima vegetatiua. sensitiua ⁊ intellectiua situaliter distinguantur. Secunda dato. ꝙ non. vtruꝫ tamen realiter distinguantur. Tertia licet essent realiter idem. vtrum ipa anima a suis potētiis distiguant̄. De hiis eīm ē int̄ doctos altricatio. ꝗ tū nō est h̄ nisi sub breuitate tractāda. ¶ Solutio pme ꝗstionis.

¶De prima igitur q̄stione dixerūt q̄dā fu isse opinione platonis q̄ ille erant diuerse anime ꝛ in diuersis organis situate. sc꜔ sensitiua in cerebro. nutritiua in epate. appetitiua in corde. vegetatiua in mēbris generatiuis. ¶Sꝫ aristotiles cōtra hanc opinionem ꝓbat q̄ in eodē supposito aīa vegetatiua ꝛ sensitiua nō sunt sic situaliter distincte. sꝫ per totū corpus aīalis est simul vegetatiua ꝛ sensitiua. Nam sicut in plantis licet potentia sumendi alimentū sit in radicib꜔. ꝛ potētia generādi folia flores ꝛ fructus est in ramis. tm̄ si abscindantᷣ rami a radicib꜔. ꝛ radices pullulāt nouos ramos ferentes folia. flores. ꝛ fructus. ꝛ rami abscisi si replantenᷣ resumūt radices. qđ nō esset nisi vtraq̄ dictaꝝ potētiaꝝ sc꜔ potētia sumendi alimentū. ꝛ potētia generādi eēt tam in radicib꜔ q̄ʒ in ramis. Sic ꝓportionaliter est de multis aīalib꜔ impfectis. quaꝝ ꝑtes abscise viuūt ꝛ sentiunt. Nec h̄ min⁹ cōcedendum est de aīalib꜔ pfectis. que diuisa viuere nō possunt. quia ad sui ꝑtinētiā perfectiorem organizatōꝫ req̄runt. Sic eīm̄ equus ꝛ nutritᷣ ꝛ augetᷣ ꝛ sentit ꝛ in capite ꝛ in pede. quare in q̄libet ei⁹ ꝑte est simul vegetatiua ꝛ sensitiua. nec hec ab illa ē situaliter separata. ¶Solutio secūde questionis.

De secunda q̄stione fuerūt opiniones diuerse. ꝛ dixerūt quidā nō solū animā vegetatiuā ꝛ sensitiuā in eodē supposito differre. sꝫ tot eē formas substātiales in eodeꝫ. q̄t sibi correspondēt p̄dicata quiditatiua eēntialiter subordīata. Uerbigratia. In equo est p̄ma forma q̄ est substātia. alia q̄ est corpus. alia q̄ est viuēs. alia q̄ est animal. alia specifica q̄ est equus. ꝛ sicut materia p̄ma ē pura potētia ad p̄mā formā. sic illa est p̄m⁹ act⁹ materie ꝛ est potētialis ad aliā formaꝫ sola aūt vltima est simpliciter actualis.

¶Licet aūt hanc opinionē reprobare generaliter ꝑtineat a methaphisicū. tm̄ quantum sufficit ad ꝓpositū. videtᷣ q̄ talis differētia siue distinctio sit oīno superflua. quia nunq̄ʒ pluralitas est ponēda sine necessitate. id est sine experiētia. ratione. vel auctoritate cogente. sꝫ nullū istoꝝ triū cogit talem pluralitatē formaꝝ ponere. vt patet inductiue. Ideo ꝓbabilius dixerunt quidā animā vegetatiuā ꝛ sensitiuā in eodē supposito eē realiter idem. Licet vt Aristotiles dicit differant sc꜔ꝫ rationē. id est alia rōne intelligimus eādē animā esse vegetatiuā. ꝛ alia rōne sensitiuā. ¶Et idē videtᷣ esse dicendū de aīa intellectiua in hoīe. sequēdo rōnem naturalē. q̄uis de h̄ nō habeam⁹ clarā aristotilis determinatōꝫ. Nec obstat q̄ in homine ipa aīa sc꜔ꝫ illas potētias successiue manifestatᷣ. ꝓpter quod dicitᷣ q̄ embrio primo viuit vita plante. id ē vegetatiua. postea vita animalis. id est sensitiua. postea vita hoīs. id est intellectiua. Nā q꜔ natura successiue operatᷣ virt⁹ naturalis formatiua prius rōnabiliter disponit ad vitā q̄ʒ ad sensum. ꝛ p⁹us ad sensum q̄ʒ ad rationē.

¶Sꝫ sc꜔ꝫ fidei veritatē specialis difficultas est de aīa intellectiua. vtrū ipa in hoīe sit eadē cū vegetatiua ꝛ sensitiua. q꜔ sc꜔ꝫ fidem ipa ē indiuisibilis. ingenerabilis. ꝛ incorruptibilis. Ipa aūt vegetatiua ꝛ sensitiua in hoīb꜔ ꝛ in brutis videtᷣ eē eiusdē rationis. ꝛ p̄ ꝯsequens extensa generabilis ꝛ corruptibilis. Sꝫ ꝛ ipa sensatio hoīs cuꝫ sit quedā qualitas extensa non videtᷣ posse eē in subiecto indiuisibili. Ipius quoq̄ʒ aīe sensitiue ꝛ aīe intellectiue in hoīe iudicia et appetitus sepe sunt ꝯtrarij. dicēte Aristotile. q̄ sensualitas sepe aduersatᷣ ꝛ obuiat rationi. Contraria aūt nō possunt simul esse in eodē subiecto. nec in eadē aīa indiuisibili. Ideo ꝓpter ista p̄ncipaliter q̄dam dixerunt q̄ nō est in hoīe eadē aīa sensitiua ꝛ intellectiua. Sꝫ cū h̄ sit ꝓbleuma neutrū cuius vtraq̄ʒ ꝑs est ꝓbabilis. Cui placet tenere oppositū. potest dicere q̄ aīa sensitiua hominis est indiuisibilis. nec ipa est eiusdē rationis in hoīb꜔ ꝛ in brutis. Et q̄ subiectū sensatōis ac iudicij siue appetitus sensitiui nō est ipa sola anīa indiuisibilis sꝫ totū cōpositū quod est diuisibile. Subiectū vero intellectionis ac iudicij siue appetit⁹ intellectiui. est ipa sola aīa indiuisibilis. quare nō erunt ꝯtraria in eodē subiecto adequato. De hijs aūt p̄ nunc breuitᷣ transeo. ¶Solutio tertie questionis. ¶De tertia q̄stiōe omissa opinionū varietate. dicendū est. q̄ aīa est potētia. q꜔ est p̄ncipiū actiuum siue passiuū sue opatōis. ipius aūt anīe multiplex est potētia. vna p̄ncipalis. alia instrumētalis. Prima est essentialis. secūda actiualis. Loquēdo igitᷣ de potētia p̄ncipali ꝛ essentiali. aīa est vnica potētia. nec est verū de virtute sermonuꝫ q̄ in hoīe sint plures potentie. sed ad istū sensuꝫ dicitᷣ q̄ anima ē

potens exercere plures opationes. ꝛ scdm illas supponūt ꝑ ea plura nomia. diuersaꝝ rōnuꝫ significantia potētiā anie. sicut sunt vegetatiuū. sensitiuū. intellectiuū. ¶ Loquendo vero de potētia instrumētali ꝛ actuali. aīa a suis potentijs distinguitꝰ. ꝛ sunt ipius plures potētie. qꝛ licet anīa sit potentia pncipaliter actiua suaꝝ operationū vitaliū. tamē ad ipas exercēdas indiget calore naturali spiritibꝰ ꝛ multis alijs dispositionibꝰ. Et alijs indiget ad nutriendū. alijs ad sentiendū. alijs ad mouendū scdm locū. ꝛ iste sunt potētie vegetatiue sensitiue ꝛ motiue instrumētales. ab ipa anīa. ꝛ ab inuicē differētes. Ideo ꝯcedendū est ꝙ anīa in pede est eque potētia visiua sicut in oculo. loquendo de potētia pncipali. tñ ipa in pede nō est potētia ꝓpinqua ad videndū. qꝛ anima sine dispositōibꝰ requisitis ad suā opationē nō dicitꝰ potentia ꝓpinqua. sed remota. Et h̄ de aīa ꝛ eiꝰ potētijs in generali sufficiant. Scdm capitulū.

¶ Prima pars de potētia vegetatiua generaliter.

Nunc i speciali tractandū ē de potentijs anie. ꝛ pmo de anīa vegetatiua quia cōmunior est. Potest aūt h̄ potentia scdm Aristotilē diffiniri ꝙ est virtus potens ꝯuertere alimētū in corpus animatū i quo est ad salutē ipius ꝛ ex eo ipm augere ad ꝯplemētū quātitatis eiꝰ ꝛ generare corpꝰ animatū sue speciei. Unde patet ꝙ aīa vegetatiua tres habet potētias siue vires scꝫ nutritiuā augmētatiuā ꝛ generatiuā. Prima ē ad ꝯseruatōꝫ indiuidui. secūda ad pfectōꝫ subiecti. tertia ad ꝯtinuationē speciei. Et habet q̄libet ꝓpriā opatōꝫ ꝛ ꝓpriū obiectū ex quibꝰ cognoscitur. iō de ipis per ordinē est videndū. ¶ Secūda pars de nutritione.

